
DE ABVSV
CIRCA DIERVM CRITICORVM ENVMERATIONEM

PETRI CASTELLI ROMANI,



mov.

MESSANÆ,
Typis Reuerendæ Cameræ Archiepiſcopalis
Apud Viduam de Bianco. 1642.
Superiorum permiſſu.

PETRI CASTELLI
ROMANI,

NOBILIS MESSANENSIS,
Philosophi, & Medici.

IN CELEBERRIMO MAMERTINORVM
Gymnasio Medicinæ Professoris
Primarij.

ANATOMICI PVBLICI
Chimiæ extraordinarij interpretis,
ATQVE
ACADEMICI HORTI SIMPLICIVM
Protoplastes,
MESSANENSIS MEDICORVM
Collegij Decani.

OLIM
In Patrio Archigymnasio Philosophiæ primum, tum Medicinæ, & simplicium Lectoris.

DE ABVSV
Enumerandi Dies Criticos præter Hippocratis, & Galeni Vsum.

OPVS MEDICIS CVNCTIS LECTV necessarium.

Admodum Illustris Dominus Abbas Raya videat si typis potest mandari.

Perillustris, & Reuerendissime Domine
Vidi, & qua potui attentione consideraui opus, Eruditissimi Petri Castelli de Abusu enumerādi dies criticos, præter Hippocratis, & Galeni vsum non solum doctrinæ soliditate, eruditionum grauitate, verborum, & eloquentiæ maiestate peregregium; sed doctissimorum medicorum præceptis, & institutis venerabile. Nihil in eo contra bonos mores, nihil contra fidem, veramque Religionem inuenio; quapropter, & imprimi posse arbitror, & medicinæ professoribus periucundum futurum existimo. Messanæ die primo Martij 1642.

Alfonsus Raya.

Imprimatur
Don Ioseph Stagnus
Vic. Gen.

Imprimatur:
De Rao pro Ill. Præs.
de Denti.

Illuſtriſſimo Senatui

D. MARCELLO CIRINO EQVITI S. IACOBI, ET BARONI S. BASILII. D. CARLO DE GREGORIIS. F. ANTONINO GOTHO EQVITI HYEROSOLIMITANO. IO: LEONARDO CALORIA. D. FRANCISCO OZES. THOMÆ ISVAGLIA.

S. P. D.

PETRVS CASTELLVS ROMANVS.

QVos optimos futuros cēſebat Senatores ſelegit, propoſuitque Omnis Populus. (Illuſtriſſime Senatus Meſſanenſis) Vos autem, quos diligebat, delegit Dominus. Applauſit, obuiam irruit, & præ lætitia exultauit tota Ciuitas; immo totus Orbis. Nempe, Aues ſuauiores edidere cantus. Plantæ elegantiores, odoratioreſq; produxere flores; flauit Zephirus. Tranquillum ſe oſtendidit Mare, ſol ſplendidior apparuit, & Aſtra ſimul coniuncta ſunt. Coiuere enim, (vt Aſtrologorum more loquar) cum Luna Mercurius, Sol, & Venus, eandem eadem die altitonans Iuppiter

amico ſextili reſpexit, ita Terra, aer, aqua, & ignis ſimul, colluſerunt. Quid vltrò. Vrbs ipſa, inséſataq; Menia ſimul congratulari viſa ſunt, omniaq; propemodum Macrocoſmica ea die lætari, & geſtire vidimus! At, quid hoc Mõſtri denotare queat, ſi percontabimini. Poſſem equidem Lunam cum Mercurio iunctam ex Aſtrologis, & Firmico ſic explicare. *Senſatos, & intelligentes, quorum dicta, & rationes ab omnibus comprobentur, taleſque, qui multis negotijs implicati, non ſolum diuitiarum ſibi copiam; ſed populorum etiam gratiam, &c.* Verum huiuſmodi Aſtralia, & de Viris, qui diuitias ſpernentes, patriã præ omnibus colunt, non eſt hic propalandi locus. Sed in tanta Orbis, & Vrbis huius nobiliſſimæ fœlicitate, mihi tantummodo reſtat, vt annuum hunc circulum vobis Illuſtriſſimis Senatoribus fauſtum, fœlicem, fortunatumque augurer, & à Deo precer. Mihi vero itidem & talem Dei gratia, & veſtra benignitate ſperem. faxit omnium conditor, vt cuncta hęc nobis omnibus ex voto ſuccedant. interim, vos, Illuſtriſſime Senatus, ſubmiſſe recolens, peroro.

Do-

Doctoris

IOANNIS ANTONII MANNÆ

Almi Collegij Philosophorum, & Medicorum Messanensium Prioris.

Ad eruditissimum Petrum Castellum Decanum Collegij Messanensis.

GRaia quod Hippocrati, Celso quod & Itala quondam
Nostra tibi id præsens ætas, & postera debent:
Quis neget? In Medicis dum tu, quod deerat ausis
Hactenus, instauras; tali diffusa decenti
Ordine pertractans, alijsq; intacta reponens.
En numerare doces morborum tempora belle,
Scilicet, vt nullum perfecto in corpore membrum
Desit, & immensa statuatur terminus Arti.

Ex Hippocratis, Galenique mente,
Cum dies in Crisi medica
Medicos enumerare condocet,
Tum annos in Aeternitatis Templo
Innumeros sibi addicit
PETRVS CASTELLVS ROMANVS
Iatro-physicus ex asse.
Sic censebis, & tu Lector,
Quem alloquitur Auctor,
Vbi legeris, potiùs dixerim, perlegeris,
Aurea huic Opusculo intertexta.
Quod si per ineptias aliquandiu deuius
Contra senseris, ne turpè, aut verecũdũ
In rectum deflectere
tramitem arbitreris.
Id equidem, non vocatus licet,
beneuolo tamen animo, consilij do
Primus in Patrio Messanensi Gymnasio
Naturalis Philosophię Professor
Nõ secus tui, ac Veritatis amantissimus
PLACIDVS REYNA.

(†)

BAR-

BARTHOLOMAEI GOMEZ
Philosophi, & Medici Messanensis, Simpliciumque Theoricæ in almo Studio Lectoris ordinarij, ac Doctoris Collegiati,
Ad Excellentissimum, & doctissimum Petrum Castellum Romanum Primarium Medicinæ in hac augusta Messanensi Vniuersitate Lectorem ordinarium eruditissimum, & Principem.

EPIGRAMMA.

Mortales, orbemq; tuis dum sæpe libellis
Petre iuuas, cunctus languor ab orbe fugit.
Febre sub ardenti tua nunc industria sudat,
Illius & tenui tempora tangis acu,
Vestigasq; Dies morbi, metiris, & horas,
Qui occultas medica pandis in arte vias,
At scio rimari qui contulit omnia Lyncis
Lumina, & ille tibi lucidiora dedit.

BER-

BERNARDI CAGLIOSTRI
Regiensis Philosophi, & Medici ac in Almo Messanensi Gymnasio Medicinæ Theoricæ professoris.
Ad Præclarissimum Philosophum, Medicum, Anatomicum, Botanicum, & Chimicum.
PETRVM CASTELLVM
Romanum.

Pharmaca Castellus reperit pellentia cunctas
Morborum causas, rapto quos Iuppiter igne
Immisit terris, natura viscera quippe.
Ingenio scrutans, abscondita quæque recludit,
Et quæ sit virtus criticis innata diebus.
Perdocet: hinc vitæ, aut mortis præsagia nosse.
Huic ergo cedat medicinæ inuentor Apollo,
Romulea, tum clara Coos, tum Pergamus Vrbi
Inuideant, & quisquis atras fert vincere Parcas,
Castellum hoc subeat, morborum prælia spernens.

Præ-

Præclarissimo, atq; Eruditiss. Viro

PETRO CASTELLO

naturæ rerum in Romano Gymnasio professori,

MARCVS AVRELIVS SEVERINVS

Neapolitanæ Scholæ Anatomicus

ὁ μὲν ἀυτὸς ποιέων, ἐυπράττειν.

A*Pparentes primum Neapoli libros duos abs te nuper editos, Petre Castelle clarissime, alterum epistolarum medicinalium, alterum de phlebotomes abusu inscriptum; tanta equidem auiditate legi, vt pene vorarim primo, mox vero Lentius accuratiusq; gustatos, & ruminarim, & plene decoxerim. æstimare autē facile non possum, maior inde mihi multarum rerum disciplinæ fructus, an admiratio accesserit. Si quorum fortasse quæris; pone tantisper verecundum in tua laude ruborem, & sine me paululum in tuas aliquot ingenij dotes digredi: sic audies quid de te tuisq; scribendi genere scriptisq; censeamus in hac nostra schola tum ego, tum alij. Declamaui equi-*

dem

dem sæpe contra nostra secula, quæ viris magnis simulacra de præclare factis non ponunt. Porro tibi aut aeneum aut marmoreum monumentum hoc tempore staret Romæ, vel in istis sapientiæ vocatis ædibus, vel in aliquo septem collium. Porro plus vni tibi debet vrbs, quã eruditissimo cuique professori priorum temporum. Repetas quã altissime velis emeritorum in Academia Romana virorum memoriam. Cedent profecto literis tuis & Petronij; & Eustachij, Piccolhomini, Columbi; & Saluiani; & Durantes; & Baccij; & Cæsalpini; & Cagnati; & Rubei; & nouissime Martiani. Hi quippe singuli, aut contemplandis acerrime rerum naturis, aut in rebus prudenter probatèq; gerendis duntaxat valuere: atq; vna cuiuslibet istorum præstantia fuit aut in vsu medendi; aut in anatomes peritia; aut in animantium, herbarum, fossiliumq; notitia; aut varia rerum eruditione; aut lectione obseruationeq; Hippocratica. Hæc vero, præterquam compluribus insuper ornamentis eiusmodi clarescis, in te & omnia & cumulatiora elucent. nempe quæ ipse in epistola nuncupatoria libri de phlebotomes abusu libere de te professus; cuncta hæc, & maiora,

iora, quæ modestia cobibente referre nequiuisti, non falsus testis, agnosco. Primum enim, quod caput est bonorum omnium, philosophiam cum medicina singulariter coniunxisti sic, vt exactissimi vir iudicij Princeps ex omnibus sapientissimus Barberinus in schola te Romanæ professoribus desiderari passus non sit. Deinde, si de medicina priuatim agatur omnibus eiusdem partibus, ac numeris absolutum atq; excultum quis te non videt? Nam quæ ad dignotionem exquisitam corporum, causarum, morborumq́, pertinent, omnia tum optimorum siue vulgatæ, siue Hermeticæ factionis autorum obseruatione frequenti, tum etiam tua ipsius inquisitione sedula comparasti. Cętera vero, quæ ad consequendam, & istorum euidentiam, & ad necessariorum accessum supplenda videbantur, anatomico labore sic complexus es, vt ex hac ipsa re desideratos ab omnibus τῶν νεκροτηρίσεων medicarum commentarios posteritati paraueris: quod opus vtinam inuulgare breui tibi placeat: maximam inde lucem perobscuris nostris plerisque rebus accessuram confido. Porro nemo ad banc vsque diem genus hoc contemplandorum vario morbi furore enectorum

ctorum mortalium attigit. quod tamen ad certitudinem plurimorum comparandam, cumq; coniecturis quibus vndique scatet nostra therapia commutandam; primum, vt mihi quidem videtur, studium esse debuit in re medica; nisi multos repelleret vel insuetudo, vel labor, vel difficultas, vel abominatio. Inita quidem hæc cura fuit in isto ipso vestro liceo quondam, vt fama est, a Petronio primum, mox ab Eustachio, demum à Castellano Seniore tentata cum ingenti nostrorum hominum expectatione; quam ad hos vsque annos frustratam Tu Castelle redimes & explebis.

Posthæc Therapeuticæ tres partes quam exacte teneas atq; exerceas, declarant condita commentaria de aquis Romanis; de vomitu; de suffumigijs; Chalcantinæ disquisitiones primæ ac secundæ; de medicamentorum cõseruatione atque vsu; epistola ad doctos professores; de venæ sectione Libri; pharmaconomastilcon; antidotorum thesaurus, atq; alia. Sed volumen illud de insectis conscriptum quis pro dignitate prædicet? Cui vni operi conficiendo solus ipse valuisti, ad quod plane absoluendum mille simul philoponi non suffecissent. Itaque vasta

tibi

tibi eſt ingenij amplitudo; inexhauſta doctrina; celeritas, vt Cicero dixit ἀμετα-μέλητος; dexteritas ſumma; induſtria inexplicabilis; ſubtilitas mira; felicitas verè noua; & vt dicam vno verbo diuinitas. Coniuncta quoque cum his ingenij heroica eſt animi bonitas atque inſignis fortitudo: quibus vtriſque virtutibus fulctus pro perpurganda, caſtigandaque perperam exercentium medicina non dubitas diurnos nocturnoſq; ſcribendi labores ſuſtinere; animaduerſionibus vero ac monitis libere publicatis multorum contra ſentientium, ac factitantium ſimultates, atque inimicitias quotidie ſubire. Quas ob res ſequitur te merito & apud exteros gloria, & apud tuos pleroſque homines inuidia: Cuius tu nihilominus inſidias intrepidus contemne; audaciam comprime; cornua contere, & iacula tum retorque, tum retunde. Tuam vt ipſe Spartam, hoc eſt communem hanc artem noſtram exornandi, illuſtrandi, locupletandi, reſtituendi, abſoluendi compleas; enixe te rogamus tui omnes amici, profeſſores ac vindices, qui ſerio debemus eſſe commiſſæ nobis ſalutis humanæ. Vale.

ERVDITISSIMO VIRO
ac Medico præstantissimo Messanensis scholæ professori summo

PETRO CASTELLO

S. P. D.

MARCVS AVRELIVS SEVERINVS

In Auditorio Neapolitano Anatomes, ac Chyrurgiæ Prælector.

In addiscẽdo indolis humanæ dignitas.

IN comparandis cum laude artibus, & disciplinis libero homine dignis Petre Castelle, literatorum optime, quæ seu publico, seu priuato bono sũt ordinatæ; solet cũ primis adolescentis ingenij habitudo, enitẽsq; indolis vigor desiderari; Porrò sementi comparauit hanc Hippocrates, quæ ex omni genere conquisita, atq; vndiq; inculpata igniculos in sese gerat frugis vberrimæ fæcundissimos. Quo intelligentiæ principio, ac diuinitate fieri dicebat Euphrada Themistius, vt puerorum mentes à Doctore haud accipiant omnia, sed aliquas veluti suppetias ad discendum afferant domo, sine quibus in scholas aditum frustra ferrent. Quæ Platoni fuit opinãdi causa, descen-

A simili A signo.

A sapiẽtiũ testimonijs cõfirmatio.

descendere nostros animos in corpora sapientes, mox humore veltuti lethæo perfusos obtenebrari donec emergentes rursus illustrentur; Quamobrem Socrates professus est, haud docere se plerosque cum accederent, sed ad reminiscendum excitare: perinde, ac obstetrix perita, quæ non parit ipsa: verum vt pariat adnixa grauida facit. Et tantum quidem est ingenij columen ad discendum; cæterum quia suapte natura docilis est homo, capaxq; omnigenæ disciplinæ; fit inde, vt completricis, ac perfectricis dominæ accessu eximi cum dignitate non possit; stultè enim pleriq; mortalium ea, quæ sunt φιλαυτία *traducti* ἀυτοδιδάκτες *se venditarunt indoctis. Inscitiam autem vide nam quia viuos, & viua voce tradentes magistros diffiteri veriti non sunt; mortuos, & mutos, quibus arguto silentio erudientibus vsi sunt; leuiter abnegare se non cognoscunt: enim vero Aristoteles apud Laertium, vt oculus, inquit, ad visum defungendum circumfusi aeris indiget lumine: ad eum propè modum animus noster liberalis disciplinæ fomento viget. Et vero quis, inquam, ager, aut in eo planta spectabilis fuit, quæ cultu non habuit opus? aut excisa de ligno, vel marmore*

A coniugatis.

Cōfutatio aduersæ opinionis

Disciplinæ necessitas.

more statuæ, quæ ad vnguem poliendo non exornetur? Accedit, quod nobili... quodcumq; vas sit odoribus imbuendo ac pretiosis opplendo perfectius. Sed & quo specimen addiscentis præclarius: eo maior disciplinæ necessitas est: Nam quò pinguior est terræ natura, eò citius corrumpitur, si negligitur: & quo generosior est equi pullus, eò maiorem exigit informandi peritiam. quò mirandum non est, Aesculapium ab Apolline, mox Machaonem & Podalirium ab Aesculapio, tertio Achillem à Tethide diuinæ sortis pueros omnes Chironi traditos in disciplinam; non suo naturæ splendori relictos. Tandem vide qualis aut quanti sit docendi vis atq; præstantia; Vt quisquis alios doceat multum quidē, aut parū eruditus; his commentandis vsibus, & eo tradendi calore semetipsum etiam certo experimento exacuat, ac perficiat. quāto igitur magis addiscentium sensus acuat,ste Cos? Addo etiam si supini, ac tardi sint ipsi. Vnde scitum illud Veterum græcorum adagium σχῆμα καὶ τιτθὸς ... Equidem, vt quò destinaui propinquem, ingeniosos per se tuos istos, Castelle, candidatos, qui Tripodem Delphicam condiderunt, opinari, lubens volo: Verum tamen

Disciplinæ ornamentum.

Arguměti occurs.

Ab exēplo.

Ab effectu.

A maiori.

A pronunciatis.

tamen tua solius præceptoris, ac directoris opera in eam dignitatem, ac splendorem, qualem tam bello opere nacti sunt, venisse credere par est. *Ad primum epistolę. Scopum recurs⁹.*

Quis enim non magnus Tyro sub tanto gymnaste, ac Pædotriba? neq; enim, vt ex sapientissimis Parentibus stultissimi plerumq; nascuntur; Ita ex doctis præceptoribus indocti Discipuli prodeunt. Nam illic quidem cęca corporum, hic animorum consulta, & ordinata propagatio est. Quare ab eruditis non alÿ, quam eruditi; ritè solum admissi delectiq; principio fuerint, emanare cõsueuerunt. Sed qualis illa tua, Castelle, Pædotribia? certè mirabilis; Consentientibus in docendi Munere, præcipuis duabus virtutibus; quas in Medico Curatore requisiuit Hippocrates, nos eidem docenti facile accommodabimus; κρίσις inquam, & δύναμις: quarum hanc ad operis conficiendi facultatem, illud ad electionem, atq; scientiam, complexum vtrunq; ad studium, & voluntatem equidem refero; & iudicio quidem, cum propter veterem docendi consuetudinem, Vniuersæ παιδείας, idest tradendi conatus, cognoscendorum ingeniorum, rerum ab his addiscendarum, & Methodi callens abunde *A causa effectiua.* *A differētibus.*

sis: falli vtiq; non potes. deinde quod ad Conatum, vbi iudicaueris certa ostensionis industria opus esse; protinus huic non parcis, sed singulari φιλοπονία cuncta benigne, & candide conferens opus nauas.

Seneca. *Quo loco venit in mentem te Ciceroni conferre, qui scientiæ transferendæ beneficentiam summo virtutis loco habuit, vt hac sua declaratio testatur.*

Cupio, inquit, omnia, quæ scio in alium transfundere, aliquidq; gaudeo discere, vt doceam; nec me vlla res delectabit, licet sit eximia, & salutaris, quam mihi soli profecturam videro. Si hac exceptione detur sapientia, vt illam inclusam teneam, nec enunciem. reyciam. sine socio nullius boni iucunda possessio est. Hæc ille; tu vero (nunc dinamin expendo) quid non prastes, quocunq; animum intenderis, magnus inter nos Pentathlos? sic enim ob multiplicem rerum scientiam appellatus est à Socrate Diogenes, ita & ego te Castelle. Quippè tu Dialectices acumen, tu Physices latitudinem; tu Medicinæ longitudinem; tu Anatomes profunditatem; tu Botanicæ varietatem; tu chymicæ subtilitatem, tu sapientiæ denique vniuersitatem, ampliuago, ingenij finis complexus es: Vndè efficaciter æquo

Doctoris Dinamis. Artium aceruatio indocente.

ac

ac munifice tuos auditores ditasti: qui te ad Messanense gymnasium ornatissimum, ingenti cum studio, parique honore, ac mercede, vel à Romano liceo rapuerunt, plausuq; incõparabili exceperunt. Sed isti deinde, quo in te, & in disciplinas amore exarserunt? mirò inquam, & ineffabili sic, vt tuæ illi in se ipsos propensioni plenissime responderint. Nam qua te non attentione, fide, obseruantia, imitatione, admiratione prosequuntur? vsque adeò veritatem vnam spectant; sic vni huic veluti cynosuræ, diuitijs, honoribus, dignitatibus, commodis omnibus Vita posthabitis, meditando, disserendo, adnotando, prælegendo, Hippocratemque tuum assiduè volutando, singulariter intenti sunt: Quod quotidie factitantes, quos non labores, algores, sudores, quæ non aspera, quæ non dura pertulerunt? voluptatibus somno, Venere, Baccho, & laxationibus omnibus, valere iussis? Ità nullum auditoris munus, aut muneris partes sunt, quibus hi, non laudatissime desungantur. Felices igitur Auditores, qui tanto sub magistro ad summum sapientiæ culmen profecerunt. Felicem magistrum, cui tam illustres Auditores contigere, vt celebratissimam doctrinam suam mirificè

Auditorum respondẽr affectio.

Virtutes cõditionesq; addiscẽtium.

comprobari, atq; Exornari nouissime experiatur. Sed longe felicissimam Vrbem appello, in qua tam eximijs inter vtrosq; professores factis in dies bonarum artium incrementi, sub inde, non difficili flexu clarissimae in generosos istos Ciues manaturae sunt Virtutes, atq; amplissima in Patriam ornamenta. Porrò diuinitus prodidit Plato, tum beatas fore Respubl. cum philosophia dominaretur. Quam beatitudinem consequuturam non dubito dilectam superis, deq; bonis omnibus, benemeritissimam Vrbem, si tua Sapientia diu praesit, praeesse autem diu poteris, vbi maligna inuidiae vis bonorum incommodo vigilans, & insidians non offecerit; Cuius alioqui demorsus audio iam intaminatam Virtutem tuam non effugisse. Quamquam dum edocendo mel ore diserto profundis, Apis in tuo opere lacessita, si quando refigis insidiantibus aculeum; sequuntur, tuenturq; te Regem Apiculae istae circumfusae Minores, quae aciem aduersam acerbè cōfligant, oculosq; obuersantibus configant; Quae res dudum famosae cuiusdam lebetis occasione inter vos doctissimi Santorelli defensores, & eiusdem oppugnatores accidit. In qua porrò contentione auspicato primū Marte

Vrbis Messanae felicitas.

Ad Apophthegma Plat.

Inuidiae supposita Virtus.

cer-

certastis, mox triumphum æquissimo Senatu atq; ordine omni collaudantibus circumtulisti, Io atq; Io in Lilibæi, Pachini, Peloriq; saltibus Echo ex antris identidem acclamante cecinistis.

Reliquum est vt ipse de tot præclare gestis, deq; tuis, tuorumq; decretis, felicissime propugnatis, atq; auctis maiorem in modum gaudeas; Amici vero tui, qui tecum vitam fortunamque omnem constantissime participant, non vulgariter gratulentur: quorum ego Neapoli non postremus iubeo te ritu solenni Magnificas de more palmas ferre. *gratulatio & peroratio.*

AVCTORIS
AD SVOS AVDITORES Messanenses.

Medicinæ candidatos Opusculi Argumentum.

DIes Criticos in Morbis, & Barbitonsores,, & Mulierculæ, & è plebe quicunque enumerare satagit. At veram enumerationem, legitimumque modum, ignorat quilibet. Sed, quod valde admirandum, & magis condolendum, nec Medici ipsi alioquin perdocti à vulgo habiti, genuinam dies Crisimos enumerandi methodum callent. Hinc ex tanta inscitia, ex tanto abusu, errores infinitos, infinitam, ægrotantium stragem, & fallax præsagium, si quotidie inspicitis, ne miremini. sed hanc Hydram totis viribus superare conaminor. Vos igitur, qui veram Aesculapij artem addiscere, profitemini; Vos ipsos (inquam) qui re, non nomine tantum, Medicos esse cupitis, paruo hoc nunc libello Hippocraticam, Galenicamque dies criticos enumerandi rationem clarissime docebo.

bo. Quippe erroneum est, praueque vos, ex malè intellecto Galeni textu Magistrorum nonnulli dedocuere, omnes dies criticos ex integris 24. horis perpetuo constituendos esse. falsa enim est doctrina, non audienda, quia, tùm contra Hipp. & Galeni vsum, tum contra rationem, vt clare moxmox audietis, fuit prolata. Ergo vos, iterum aio, si Hippocratici, Galeniciuè Medici nuncupari desideratis, Medicas horum præceptorum historias, diesq; Morborum enumerandi ordinem diligenter obseruate, & perpendite: tunc ipsimetuos, an illi Promagistri Medicæ arti iniuriam fecerint, atq; vos prauè hucusq; docuerint. An verò vera, & ex arte ego fuerim loquutus exacte percipietis, & facillime iudicabitis: discetis, inquam, scientiamq; perfectam adipiscemini primum diem Morborum, integrum ex 24. horis nequaquam esse conquirendum; sed si illucescente sole Morbus aliquem apprehenderit. principium diei esse sumendum ab hora insultus morbi; si verò fuerit prima, siue secunda, 3. 6. 8. 10. vel etiam 11. diei solaris hora, vsq; ad principium exorientis alterius solis, inclusa nempe

tota

tota nocte, quod spatium pro primo die constituendo sufficiet, licet minime 24. horas attingat: ita vt secunda semper dies ad Solis ortum incipiat. Quod si ægrotantem noctu Morbus inuaserit, cum die sequenti nox iungenda erit, ita vt prima dies ex duabus noctibus constituatur, & spatium 24. horarum excedat, cum enim dies sit principalior totius primi Mobilis Motus pars, hic secum trahet noctem veluti pedisequam, vt audietis in tract. cap. 13. vnde Philo Iudæus de Mundi Opificio, pag. 6. *Deus*, inquit, *lucem appellauit valde bonam: hæc enim intelligibilis visibili tanto est lucidior, ac splendidior, vt existimo, quanto sol antecellit tenebras, dies noctem*. Hæc est mea sententia hoc libello prolata; Verum non mea propria; sed ex Hippocratis, & Galeni doctrina eruta, & demonstrata, vos hanc alacriter excipite, & illam expellite ex animis vestris, mihiq; vestro benigno fautori, & benefactori gratias agite, & Valete, sed interim præscire, vos fas est, Astrologos alio modo, ac Hipp. Medicos docuerit, dies criticos considerare, siquidem doctissimus Andreas Argolus, qui nuperrime de diebus Criti-

cis

cis Astrologicum librum edidit, in schemate lib. 1. cap. 20. posito. à meridie ad meridiem dies enumerando procedit. atq; secundum Lunæ motum, magis, & minus celerem: vnde statutos, & certos dies criticos non refert, primum enim Criticum secundum lunæ motum vel 6. vel 7. vel 8. accidere posse docet. secundum verò diem Criticum vel 13. vel 14. vel 15. ita enim tertium criticum variare, & vel 19. vel 20. vel 21. contingere posse statuit. Qua propter Medici non deberent 7. 14. & 20. simpliciter considerare: sed lunæ motum modo celeriorem, modo tardiorem continuo diligentissime calculare. Porrò cum inter Medicos, qui ad hoc valeant, paucissimi reperiantur; Cęteri semper in diebus criticis statuendis incerti, dubij, & errantes essent. Verum clarissime doctissimus vir cum, Lunam ob sui motus inconstantiam modo tardum, modo celerem expedire curriculum: ob id Criticos dies statuto ordine perpetuo stabiliri non posse profiteatur. Necessario sequitur, vt tota Hipp. & Galeni de 7. 14. & 20. die doctrina præcise posita corruat. si enim 6. 13. & 19. æquæ aliquando ac

7. 14.

7. 14. & 20. valere possunt, nec non etiam 8. 15. & 21. ob Lunæ inconstantem motum, nempe si quadratus aspectus, vel oppositus tunc contigerit. Quare astrologis quotidiana lunæ motus calculatione relicta, Vos Hippocraticam, Galenicamq; doctrinam tantummodo docebo. Quod si astrologico etiam more dies criticos considerare alicui libuerit, Doctissimos Astrologos, Maginum, Argolum, & alios adire per me licebit. præfari tantùmodo hic volui, me Hippocraticam, Galenicamq; doctrinam solummodo esse propositurum. Vt aduersarium meum, non percepisse, (licet profiteatur) Hippocratis, & Galeni scripta clarissima, & falso Martianum virum in Hippocrate interpretando nemini secundum accusasse, & ab ipso dementis in modum irrisum fuisse, ex arte demonstrem.

ER-

ERRATA
HÆC POTIORA
Lector benignus

Ante operis lectionem, malignus ante cēsuram corrigat. reliqua ortographica, præcipue *in characteribus græcis, condonet.*

(†)

Pag. 6. lin. 3. est. *pone.* ast.
12. l. 17. xiiij. p. xxiiij.
13. l. 3. quod. p. qui.
18. l. 13 *natutina*. p. *matutina*.
21. l. 29. Galenus. p. Galenum.
22. l. 15. Concialiator. p. Conciliator.
24. l. 12. peragrationis. p. peragrationis.
28. l. 29. primo. p. Ergo.
40. l. 25. prima. p. primam.
41. l 2. moltas. p. multas.
44. l. 16. inuenturi. p. inuentori.
50. l. 1. exacerbatur. p. exacerbabatur.

meri-

57. l. 10. meridiem. p. mediam.
84. l. 20. *distiteret*. p. *desisteret*.
88. l. 4. die. p. à die.
94. l. 19. volumnibus. p. volumi-nibus.
96. l. 22. neglixisse. p. neglexisse.

LI.

LIBRI DE ABVSV circa dierum Criticorum Enumerationem

CAPITVVM INDEX.

Ad Lectorem Præfatio. pag. 1.
Caput 1. *Quid sit Dies*, 7.
Cap. 2. *De Diuisione Diei, & Noctis.* 15.
Cap. 3. *de Mensibus.* 18.
Cap. 4. *De numeratione Dierum Criticorum secundum Mensem Medicinalem Galeni.* 24.
Cap. 5. *An supputatio Dierum fractorum sit obseruanda*, 29.
Cap. 6. *An prima dies morbi semper debeat sumi 24. horarum.* 36.
Cap. 7. *Hippocratis modus dies criticos numerandi.* 43.
Cap. 8. *Galeni ratio dies criticos numerandi.* 75.
Cap. 9. *Mos aliorum Scriptorum numerandi dies Criticos.* 94.
Cap. 10. *Sententia Prosperi Martiani viri doctissimi.*

Cap.

Cap. 11. *Quod primus dies non debeat numerari integer.* 108.

Cap. 12. *Quod ſecundus dies, & ſequentes ab ortu Solis incipiant.* 123.

Cap. 13. *An nox præcedens, vel ſubſequens diei vniatur.* 125.

DE

DE ABVSV CIRCA DIERVM CRITICORVM ENVMERATIONEM CONTRA HIPPOCRATIS, ET GALENI VSVM.

AD LECTOREM *Præfactio*.

AMICOS graui aliqua calamitate oppressos subleuare, debitum potius, quam gratia esse, visum fuit Leoni Hebræo de Amic. Dial. 3. cum Amicus ex Pythagora, apud Plutarcum de Homero, nec non ex Aristotele. 9. Æthic. ad Nic. c. 4. Sit alter ipse. Proinde (qui ades lector) dum quadam die apud Nobilissimum

occasio scribēdi. bilissimum Virum essem, incidit inter Medicos de criticorum dierum enumeratione amicus sermo; tum, cum diem primum non esse integrum sumendum dixissem; sed satis esse aliquot diei horas, secundum verò, tertium, cæterosq; dies ab ortu Solis semper incipiendos esse, tum, inquam, nescio quis, Martianum crassiter errasse, nec Hippocratem, nec Galenum intellexisse audacter pronunciauit; seque, addidit, cum Galeno malle errare, quam cum Martiano, & alijs bene sentire. Mox ego, qui Martiano viuenti, & morienti fui amicus, & defuncto eidem semper amicitiam veram professus sum; vnde eius aureas *Amici tutela.* in Hippocratem commentationes post eius obitum in lucem prodire mea opera effectum fuit, Amicum indefensum substinere nequiui, recordatus Ouidij verborum 2. de Ponto, qui talia cecinit.

Turpe erit in miseris veteri tibi rebus amico
Auxilium nulla parte tulisse tuum.
Turpe referre pedem, nec passu stare tenaci;
Turpe laborantem deseruisse ratem.
Turpe sequi casum, & fortunæ cedere amicum

Et uisi

Et nisi sit fœlix, esse negare suum.
Non ita vixerunt Strophio, atque Agamemnone nati:
Non hæc Ægidæ, Pirithoique fides.
Quos prior est mirata, sequens mirabitur ætas.
In quorum plausus tota Theatra sonant.

Nec equidem sum amicus fictus. *vbi enim me declarem amicum Si non te fæuis in malis positum iuuero?* dicebat Oresti Pylades. apud Euripid. in Oreste. act. 2. Quare tunc ego meum sum pollicitus patrocinium, & de re hac me publice esse scripturum; responsum fuit non neminem esse rescripturum: sed ille erat, qui Theatrum simul, & aperit, & claudit; Bellum indictum est.

Ἐκ βραδυσκελῶν ὄνων ἵππος ἤρκεσε.

At ego ἱπποῦ δειλότερος. ob amicum Leo factus. pro amico insurgam, tu vero lector Μορμολυκίοις ἐκφοβεῖς τὸν λέοντα. sed ex vngue Leonem agnosces, & ad quod spopondi præstandum illico me accinxi. sed proh mirum! hoc à meis discipulis audito, statim ex his alter accessit, se carthaceum quid casu apud salsamentarium reperisse obtestans: in quo de Martiano sermo erat, protulit illico: titulus

erat. sectio.x. De differentijs dierum Criticorum, vi, & dignitate eorumdem. vbi inter multa absurda, quæ scripta erant hæc adnotaui *Ex quibus patet ab eo die primo morbi numerandum, quo cepit ęger febricitare, non dolere, nec alijs symptomatibus infestari*, an, si Apoplecticus 3. die febricitare inceperit, dies morbi à febre incipiendi? *qui dies Medicus, vt supra demonstratum fuit, naturalis est, & constat 24. horis. hoc docuit Galenus primo, & 3. de Crisibus. lib. de sept. partu. Diem, inquiens, apello interuallum 24. horarum æquinoctialium. dicat quicquid velit Prosper quidam Martianus in adnotationibus super Hipp. de ratio. victus acut. sect. 4. contra Galenum*, (probabo cum Galeno fuisse) *& supra positam doctrinam asserens, quod prima dies, qua à primo morbi insultu, & à primo occasu Solis intercedit: secundum diem, & reliquos omnes ab ortu Solis inchoantes vsq; ad sequentem noctem, iuxta vulgarem consuetudinem, quem diem communiter ab ortu Solis ad occasum vsque constituit, & hunc computandi modum intendit ostendere fuisse Hippocratis, & Galenus, quando quemlibet diem ex 24. horis circiter constituit*, (corrige, & dic

23. ex

23. ex 3. de. di. de. ita erat in manuscripto Martiano. edito libro erratum agnoui, ille enim ego fui, qui mortuo Amico aureum libellum typis tradidi, & 23. horæ circiter faciunt diem Galenicum. 24. autem sine circiter diem Naturalem) *neq; à præceptore edoctus, neque ab experientia promotus id fecit: sed quia alia ratione dierum criticorum causam assignare non potuit: quæ sententia cum falsissima sit, & temeraria, ausit enim ille* (tu contra Priscianum ausus es dicere, ausit) *contra Galenum Medicinæ numen, & numen loqui* (non est contra fidem) *aliena non indiget reprobatione*, an quia nescis? *quia ex ijsdem verbis colligitur esse purum figmentum ab Hipocratis, & Galeni doctrina prorsus reijciendum*. mox mox ostendam fuisse Hipp. & Galeni doctrinam. *eandem computandi rationem seruandam esse, quam Hippocrates, & Galenus inuenerunt, quam etiam hucusq; omnes medici secuti sunt*, (hoc tibi est probandum) *& communiter obseruarunt. Hippocrates vero ab eo, non est in hac dierum computatione bene intellectus, nec explicatus*. Hic sesquipedalia, & ampullosa verba multa, rationes nullæ.

alter Pythagoras. an dicemus τὸ αὐτὸς ἔφα? vel potius,

Hic solus sapit, est alij velut vmbra ferantur,

Et nisi Chrysippus fuisset, porticus non esset.

Prosperi Martiani laudes. Profectò si inter viuos esset ille Prosper quidam Martianus, cuiuscunq: vel cuiumcumq: fuerit, hoc cartaceum salsamentarium mirum in modum aspernaretur. anne clarissimi viri omnium Hippocratis operum dilucidatoris subtilissimi, doctrina publicis typis exarata, per totum honorificè volitans orbem, cartaceo salsamentato script. obscurari poterit? in tantum autem obscuratur, in quantum illustre, & excllens Martiani nomen vili, & profana artula inscribitur. Verum, licet stercu huius cartulæ amicus solis radijs aliqundo il- *Illustratio.* lustretur, non tamen ob id illustans Sol inficitur: sic Martiani doctrina illustris, illustreq; nomen, vili cartula nō defœdatur, non obscuratur. vnde auxilium meum non videtur necesse. ne tmen latentes susurrationes increscant & adeò, vt elata insurgat vox, Martianm addictissimum Hippocratis interprtem, atq; illustratorem, Hippocratis metem non

percepisse, quod spopondi præstare intendo, ecce sum in Arena, partes aduersis expecto, & primus iacula inijciam, ne fugias lector, & supposito, lector, quod assis, tecum loquar.

QVID SIT DIES.
Caput. I.

SErmo hic de quantitate Diei futurus est, quare, quid diei nomine intelligatur, erit primo statuendum. Dupliciter Diei nomen apud scriptores vsurpatum obseruaui. Primo pro eo spatio temporis, quod est à Solis ortu ad Occasum, & à nocte distinguitur, quod aliqui Solarem, aliqui Artificialem diem vocant, cum eo spatio Artifices operentur. Isidorus de Originibus: *abusiuè* diem vocari, dixit; sed scribente Varrone de ling. lat. *mane* esse principium diei, quod tunc ab oriente Sol manat, *meridiem*, medium diei, *supremum diem* ad occasum Solis, ex XII. tabulis. clare constat non abusiue; sed proprie hoc modo *dici*. *non nè*, Quintilianus ait, *Quia Sol est super terram, Dies est?* Vnde iure nos dies solares vocabimus. imo Soles cum Virgilio 3. Æneid.

duplex dies.

Sol & dies idẽ.

Æneid. *Tres adeo incertos cæca caligine Soles. Erramus pelago.* Sic Hippocrates lib. de Alimento numero 9. ad figurationem fœtus *Soles triginta quinque* scripsit, pro *dies*. quo loci Valesius adnotauit, *Dies hoc loco vocari Soles, eo quod Sol distinguit Dies*. Quod si ita est, cur tu, lector mi, eodem existente Sole, dies commisces? nempe V. G. in eodem Sole diem sextum, & septimum: vel, si mauis, Solem in duos dies distinguis non autem à nocte? Et hic nota Stephanum Rodericum Castrensem in prædicti textus com. non exacte considerasse, cur Hipp. hic maluerit scribere Soles quam dies; namque agnouisset Hippocratem in fœtu loquutum fuisse de diebus solaribus, non autem de Lunaribus, quia ex Gal. 3. de dieb. criticis. morbi infra mensem reguntur à Luna, vltra autem à Sole. Ergo, vteri gestato vltra mensem esset à Sole, & tamen omnes numerant cunctos menses lunares. Sed primus omnium Moses in sacra Genesi hæc exarauit. *Appellauit lucem diem, & tenebras noctem, factumq; est vespere, & mane dies vnus*: & quotidie idipsum repetit. sic tandem ait. *& factum est vespere, & mane dies sextus*. vbi notandum

instātia

Castrēsis notatus.

sicut

ſicut lux, & tenebræ ſunt oppoſita, ita dies, & noctes erunt. ſed dies incipit mane, & deſinit veſpere. at dices cur ſcriptum eſt è contra, *veſpere, & mane*? forte quia incipit veſpere, & deſinit mane? minime quidem, quia tunc nox eſt, non autem dies. an pro *veſpere* intelligit noctem, & ita ex nocte præcedente, & die, fiet Dies 24. horarum? nequaquam, quia Veſper eſt diei finis, non autem pars noctis. ergo dicendum Moyſen loquutum fuiſſe de die tantum Solari: ſed figuratè innuentem diem noſtræ ſaluationis incepiſſe ad Veſperam Mortis Saluatoris. & incepiſſe à mane reſurrectionis. ſed hæc extra meos limites, & in libro Ioſue c. 10. ſcriptum reperitur. *Stetit itaq; Sol in medio Cœli, & non feſtinauit occumbere ſpatio vnius diei. Non fuit antea, nec poſtea tam longa dies*. & hic ſubtilis lector dupliciter ſumi diem obſeruabit. primo pro ſpatio 24. horarum; alioquin ſi pro *ſpatio vnius diei*: intelligeretur dies vulgaris 12. horarum, nec miraculum fuiſſet, nec *tam longa dies*. ſecundo ſumitur *tam longa dies* pro die ſolari, à nocte, & tenebris diſtincto. quo ſignificatu in Hiſtorijs Epidemiorum ſemper Hippocrates vocem diei aſſum-

inſtãtia

figura.

assumpsit, nempe à nocte contradixtinctum. quod etiam alibi non raro fecit. vt in Coacis. καθεύδειν δὲ χρὴ τὴν νύκτα, τὴν δὲ ἡμέρην ἐγρηγορέναι, &c. *Dormire autem noctu oportet vigilare interdiu. contrarium autem malo fit ægri. sed tamen is minimum offendetur dormiens mane ad tertiam partem diei.* ratio erit ex Dureto pag. 277. quia contrariæ sunt causæ diei, ac noctis. & hic notandus est Mercurialis in Prælect. Pis. Ægroto primo. scripsit enim. *Certe prima dies intelligenda decubitus, & quia dies est duplex, Artificialis, & Naturalis. Naturalis comprehendit tum diem, tum noctem. Artificialis vero tantum diem, scilicet, quo tempore Sol est super terram. Hippocrates sæpè pro naturali, & sæpe pro artificiali vtitur. hoc autem in loco vtitur pro naturali, quia comprehendit diem, ac noctem.* Quod falsum apparet, quia Hipp. subiungit dixtinctè noctem; vnde si dies à nocte contra distinguitur, Hippocrates non intelliget nisi diem artificialem ab ortu Solis ad occasum. Galenus etiam sæpe diem intelligit à nocte distinctum, vt patet primo de comp. med. per g. cap. 2. *Medicamenta*, inquiens, *aliquando vires suas ostendunt duabus*

dormire noctu.

Mercurialis notatus.

Dies à nocte distinctus.

duabus tribusue, aut quatuor horis, non nulla diem totum, vel etiam post eum noctem, vel maius dein spatium requirunt. & clarius 6. de sanit. tue. c. 5. *Romæ,* inquit, *maximi dies, ac noctes, paulò maiores quindecim æquinoctialibus horis sunt; contra minimi paulo intro nouem. In magna verò Alexandria maximus dies quatuordecim horarum est, minimus decem. ergo qui in breuissimis diebus, & longissimis noctibus, &c.* Tandem concludam ex sacra Genesi. Solem, & lunam luminaria esse à Deo facta, *vt diuidant diem, ac noctem; & sint in signa, & tempora, & dies, & annos,* deinde scriptum est. *fecitq; Deus luminare maius, vt præesset diei, & luminare minus, vt præesset nocti, &c.* Ecce dies est, qui à Sole illuminatur, non alterum tempus, & additur. *& diuiderent lucem à tenebris.* ecce diuisus est dies à nocte.

Altero modo sumitur Dies pro spatio 24. horarum & quidem improprie, mea sententia. namq. ἡμέρα, & diem, & lucem significat, vnde apud Thucididem ἅμα ἡμέρᾳ vertunt interpretes *prima luce*, seu *cum die*. apud Xenophontem πρὸς ἡμέραν. *sub lucem.* apud Aristophanem in Pluto διέλαμψεν ἡμέρα. *post* *dies 24. horarū.*

quam

quam illuxit dies. quando autem Græci diei iungunt noctem τὸ ἡμερονύκτιον, vel νυχθήμερον, vt Basilius in Hexemero apud Budeum. sic apud latinos dies dicitur Solis opus. hinc Isidorus de Origin. lib. 3. c. 50. *Sol oriens*, inquit, *diem facit occidens noctem inducit. nam dies est Sol super terras, nox est Sol sub terra. Ex ipso enim sunt horæ, ex ipso dies, cum ascenderit; ex ipso etiam nox, cum occiderit.* hic postea lib. 5. c. 30. *Dies est*, inquit, *præsentia Solis: siue Sol super terras, sicut nox Sol sub terris; vt enim dies, aut lux sit, causa est, aut super terram Sol, aut sub terris*. si igitur dies est lucidum tempus. miror eundem Isidorum scripsisse. *Dies legitimus xxiiij horarum est, vsque dum dies, & nox spatia sui cursus ab oriente vsq; ad alium orientalem Solem Cæli volubilitate concludat. Abusiue autem dies vnus est spatiũ ab oriente Sole, vsq; ad occidentem. sunt autem diei spatia duo, interdianum, & nocturnum, & est dies quidem horarum xxiv. spatium autem horarum xij. vocatur autem dies à parte meliore, vnde & in vsu est, vt sine commemoratione noctis numerum dicamus dierum*. Miror, inquam, abusiue diem dici pronunciasse, spatium illud tem-

Dies est lux.

Isidorus notatus.

temporis, quo Sol illuminat terras, & ex ipso facere diem; tum legitimum vocasse diem eum, quod noctem diei cōtrariam abusiue comprehendit: sed quicquid de hoc sit, spatium horarum æquinoctialium 24. quo ab ortu ad ortum alium Solis, primum mobile ab ortu ad occasum mouetur, amplectens diem, ac noctem à parte digniori nomen assumens *Dies* vocatur; & ad differentiam alterius diei, dicitur Dies Naturalis: sic dicimus annum constare diebus 365. & mēsem diebus 30. comprehendendo simul noctes. sic Medici dies criticos vocant nocti mixtos. Vnde Galenus primo de dieb. crit. c. 6. scripsit. *in primo quidem die (sic vero me vbique intelligas totum ex die & nocte tempus in viginti, & quatuor horas partitum accipientem)* inde lib. 2. c. 2. *Diem autem*, inquit, *per totum hunc sermonem nostrum in eo accipiemus significatu, vt non solum lucem; sed noctem etiam complectatur, sicuti, & mensem ex triginta diebus constare dicimus, non id tempus tantum, quo Sol supra terram fertur, appellantes diem; sed etiam illi tempus noctis adijcientes; sic enim annum quodammodo dicimus trecentos, & sexaginta quinq; dies* *Galeni dies 24. horarii.*

complecti. & de septimestri partu. docuit ita. *Quatuor, & viginti horarum interuallum diem appello: Menstruum tempus viginti nouem cum dimidio*. idem libro de typis c. 7. & 9. meth. c. primo. nec non 10. meth. c. 2. exarauit. & 8. de compositione med. loc. c. 2. in confect. Diacodij. *accipienda est*, inquit, *etiam nox cum die, vt in anno accipitur*. Ecce Galenus ex suppositione declarat se vsurum esse voce diei in altero significatu vniuersali non quidem semper: sed in aliquibus vicibus: Et præsertim loquens de diebus criticis. Et ex his patet. duplici significatu Diem assumi. pro spatio 12 horarum, vel 24. sed notandum Antiquos Romanos tum dies, tum noctes, in 12. horas æquales, toto anno, tam in solstitijs, quam inæquinoctijs secasse. & id ob negotia statutis horis in vrbe agenda, quas horas diuidendi rationem Palladius, Vitruuius, & alij docuerunt. satis sit nos scire Galenum semper diem secasse in 12. horas, vt etiam noctem. vnde æquinoctiales horæ erant æquales, cæteræ inæquales.

dies Romanorũ.

DE

DE DIVISIONE DIEI & Noctis. Cap. 2.

DIem secundi significatus, nempe Naturalem ex 24. horis, apud omnes gentes eadem hora non inchoare ex Aulo Gellio, Isidoro, & alijs clare constat. namq; *Ab occasu Solis* inchoabat secundum Ægyptios, & fortè secundum Hebręos, illud Genesis, *& factum est Vespere, & mane dies vnus*. interpretantes ex noctis principio, & diei principio diem vnum. & ita Horologium Italicum ab occasu Solis incipit numerare horas diei. contrario modo *Ab ortu Solis* diem incipere volebant Persæ, & Babilonij, vnde noctem sequentem cum die antecedente iungebant. & hoc in historijs obseruasse Hippocratem clarissimum est. *A Meridie ad Meridiem*, diem numerabant in Græcia Athenienses, in Italia Vmbri, inter philosophos Astrologi. At *a Media nocte* diem incipiebant Romani antiqui, quodam tempore. (alias ab ortu Solis, quum diem in 12. partes æquales diuidebant) & sic nunc incipiunt Horologia Hispanica, & Gallica, *Initium diei varium.*

& ita

& ita obseruare nos vult Sancta Ecclesia, in ieiunijs, Missis, &c. Ob id Plutarcus in Quæstionibus Romanis numero. 85. Quærit, cur à media nocte, Diei sumant initium, concludit, pro principio diei sumendum illum articulum temporis. *quo Sol in medio Cæli est, vel in opposito eius puncto. hoc autem posterius melius congruit. Sol enim a meridie versus occasum à nobis fertur. à mediæ noctis puncto versus ortum ad nos.*

Quæsitū Plutarchi.

diei diuisio.

Qua ratione Ciuilem diem hunc in plures partes diuidebant, vt ex Macrobio lib. primo c. 3. Isidoro, & alijs constat: ita; primum diei tempus dicebatur *mediæ noctis inclinatio*. deinde *Gallicinium*, siue Galli cantus, quod tunc Galli cantent. Inde *Conticinium*, quum, & Galli conticescunt, & homines quiescunt. Deinde *Diluculum*, quum incipit dignosci dies. Inde *Mane*, quum dies est clarus. Inde *Meridies* diei medium. Inde iam supra vocatur *occiduum tempus*, vel *serum diei*. Mox *suprema tempestas* ad Solis occasum: Deinde *Vespera*, seu Vesper à stella. vnde Catullus in carm. nupt. *(olimpo*

Macrobij.

Vesper adest iuuenes consurgite, vesper

Expecta-

Expectata diu nox tandem lumina tollit. inde *Crepusculum vespertinum*, tamquam lux dubia. ab hoc tempore *prima fax noctis*. quod tum primum faces, seu lumina inferri incipiant. Deinde *Nox concubia* à cubando. Deinde *intempesta*, quæ non habet idoneum tempus rebus agendis.

Quibus diuisionibus videtur addendum *Crepusculum matutinum*. ita etiam *Aurora* est lux dubia. circa diluculum, vel cum ipso accedens. ita etiam diem diuisit Theoph. lib. de signis Pluuiarum. *ἀνατολὴ γὰρ καὶ πρωὶ, καὶ μεσημβρία, καὶ δείλη καὶ δύσις*. i. *aurora scilicet, mane, meridie, vesperi incipiente, ad vesperas.* *Theoph*

Hippocrates noster in Epidemijs, videtur diem ab ortu Solis incepisse, & huius diei partes fecit. ad diem, ad Solis ortum, mane, ad Meridiem, ad Solis occasum, sub initium noctis, appetente, nocte, ad Vesperam, nocte. *Hipp.*

Galenus autem in Historijs, quas attulit, diem diuisisse apparet in 12. horas. itidem noctes, & quid singulis horis cōtigerit adnotat. Quibus autem rebus Antiqui Romani diei horas dicarent, perbelle docuit Martialis Epig. lib. 4. Epigra. 8. ad Euphemum. *Galeni.*

Prima salutantes, atq; altera cõtinet hora,
Exercet raucos tertia causidicos.
In quintam varios extẽdit Roma labores,
Sexta quies lassis, septima finis erit.
Sufficit in nonam nitidis octaua palestris,
Imperat extructos pangere nona toros.
Hora libellorum decima est Eupheme-meorum
Temperat ambrosias cũ tua cura dapes
Et bonus ætherio laxatur nectare Cæsar,
Ingentique tenet pocula parca manu.
Tunc admitte iocos: gressu timet ire licẽti
Ad matutina nostra Thalia Iouem.

Quæ omnia à nobis allata, lector mi, debes diligenter animaduertere, vt scias postea, quid de diebus criticis ex antiquorum doctrina sit statuendum.

DE MENSIBVS.
Cap. 3.

Debemus nos docere, quid sit Mensis, & quotuplex, quoniam ex diebus constituitur, At annum constituit. & morbi etiam per Menses iudicantur. cum autem multiplex sit mensis, silentio primum obuoluam vulgarem mensem, quo annum Solarem dimetimur ex 30. & 31.

& 31. diebus constantem, quia ad Medicos non pertinet. Sed Menses tantum lunares, qui ad Medicum pertinere possunt, considerabo, quiquidem tres secundum rei veritatem existunt. quibus accedit quartus ex Galeni imaginatione confictus.

Primus erit *Mensis coniunctionis* Lunæ cum Sole, nempe ab hora coniunctionis ad alteram coniunctionem, quam diebus 29. & horis 12. perfici dicunt. Sed And. Laurent. lib. 3. de Crisibus. c. 12. esse dierum 29. horarum 12. & minutorum 40. scripsit. *Mensis coniunctionis.*

Secundus erit *Mensis peragrationis* dictus, qui fit dum Luna ab vno Zodiaci signo recedens, & 12. eius signa peragrando ad idem punctum integro circuitu dimenso redit. qui expletur 27. diebus, & 8. horis. *M. peragrationis.*

Tertius erit *Mēsis*, qui dicitur, *illuminationis*, & apparitionis, & est interuallum a 1. nascentis lunæ aspectu, & donec nos illuminat, ad vltimum diem, quo occultatur, & perdurare dicebat Galenus 26. diebus, & horis. 12. nam a mense coniunctionis dierum. 29. & horarum. 12. ipse auferebat dies tres, quibus luna sub Sole latitat. & ita remanent dies *M. illuminatio nis.* *Galeni error.*

26. horæ 12. quod perpetuum esse negant Astrologi; namq. valde inæqualis est hic Mensis illuminationis. aliquando enim fit 28. & 29. diebus, aliquando 25. tantum, plurimum luna latente. Et hi quidem dicuntur menses lunares, veri, & reales.

diuisio mẽsis cõiunctionis. Galenus autem cum statuisset Dierum criticorum causam esse Lunam, conabatur reddere rationem, cur Vigesimus esset decretorius, & non ita 21. primo aggressus fuit diuidere primum mensem in quatuor septimanas, si forte ex tribus septimanis potuisset constitui vigesimus dies. Non succedebat ex voto, quia 29. dies, cum horis 12. in 4. partes diuisi. Primam hebdomadam constituebant dierum 7. horarum 9. secundam vero hebdomadam dierum 14. horarum. 18. Tertiam vero dierum 22. horarum trium. quod fuisset contra Hippocratem; vnde non satis fuit Galeno.

mensis peragrationis. At secundo Mense 27. dierum, & 8. horarum in quatuor septimanas diuiso. prima haberet dies 6. horas 20. secunda vero dies 13. horas 16. & tertia dies 20. & horas 12. & ita participaret medietatem 21. & caderet in 21. vnde non placuit Galen.

Nec

Nec Tertius Mensis, quem censuit dierum 26. & horarum 12. valebat; nãquè prima hebdommada habuisset tantum dies 6. horas 15. & secunda dies 13. horas 6. Tertia verò dies 19. horas 21. & non bene disposita esset secunda septimana. Quare Galenus imaginatus fuit mixtionem duorum mensium, nempe illuminationis, & peragrationis lunæ, ex qua conficeret mensem medicinalem, & criticum. addendo enim. *diuisio. Mensis illuminationis*

Dies 27. & horas 8. Mẽsis peragrat.
Dies 26. & horas 12. Mẽsis illuminat.
——————————— fiunt.
Dies 53. & horæ 20.

Quibus per mediũ diuisis resultabit Mẽsis dierum 26. horarũ 22. quẽ vocat Gal. mensẽ Medicinalẽ ab ipso excogitatũ, & iterum hunc diuidit in 4. septimanas, quarum prima constat diebus, 6. & horis 17. cum dimidia. Secunda septimana diebus 13. horis 11. & tertia septimana diebus 20. & horis 4. & semis. quo fit vt dies 20. ? non autem 21. sit criticus. quod si hunc mensem Medicinalem reducere voluerimus ad dies, reperiemus quemlibet diem Medicinalem constare horis 23. & 4. minutis. *Mensis Galeni mixtus.*

Galenus autem in hoc mense con-

stituendo sequi voluerunt aliquot Galenicolæ,& verum, & legitimum mensem lunarem rati. vt Oddus 2. aph. 24. Christoph. à Vega. 3. prog. primo. Gordonius de prognost. part. 5. cap. 8. & Io. Zecch. tuus in primo aph. 24. non autem Petrus Crispus.& si qui sunt alij.

Galeni sequaces

Contra. hunc mensem Galeni esse fictum, imaginarium, non realem, nec verum; sed à Galeno confictum, vt aliquā rationem saltem apparentem afferret de 20. die, Plurimi auctores asserunt, & clare demonstrant, vt Picus Mirandulanus. l. 3. adu. Astrolog. c. 16. Concialiator. diff. 104. Aug. Niph. de dieb. crit. l. 2. Enunc. 16. Cardanus l. primo contrad. tra. 3. com. 2. Manardus lib. 15. Epist. 5. Sanctorius primo aph. 20. quæst. 78. Fracastorius de diebus Criticis. And. Laurent. lib. 3. de Cris. c. 12. Mercurialis. 2. aph. 24. Santorellus in Antepraxi lib. 12. c. 9. Amatus Lusitanus de diebus Crit. Valesius contrad. lib. 10. c. primo. Cortesius in Miscell. decade 7. c. 8. Fortunatus Fidelis contemp. lib. 3. c. 5. Duncanus Liddelius lib. 3. de sig. c. 8. Senert. instit. med. lib. 3. part. 3. c. 12. Maginus lib. 3. de dieb. decr. pag. 32. Cæsar Optatus lib. de dieb. decreto-

contra Galenū.

rijs

rijs. Auic. lib. 4. fen. 2. tract. 2.c. 2. & alij. Qui omnes vnanimi consensu determinant esse mensem fictitium, & à veritate alienum pluribusq; rationibus id probant,quæ afferre supersedeo, quia hic ego de dierum criticorum causis agere non intendo. sed de die tantummodo critico, quot horis constet, & an primus integer 24. horarum semper sit accipiendus. certe Galenus suum Mensem medicum, medicis probatum non iri, cognouit, vnde se excusauit eodem in libro 3. de dieb. crit. c. 10. scribens lectorem à lectione 3. libri abstinere se posse. *Nos siquidem hæc paucis planè ijsq; inuitos scripsisse affirmamus*. & per Deos obtestatur: sed quid est hæc excusatio? qui à Galenum pudet talia, tamquam parum probabilia, scripsisse. sic lib. 3. prog. c. 4. ita locutus fuit. *quæ nam sit causa horum ipsi tentauimus docere de dieb. decret. tertio* vbi dixit se tẽtasse, non autem fuisse assequutum.

Mensis Galeni fictus.

excusatio Galeni.

DE NVMERATIONE dierum Criticorum secundum Mensem Medicinalem Galeni.

Cap. 4.

Capiuaccei opinio. DOctissimus Capiuacceus lib. 6. de feb. c. 9. *Porrò, ait, de die Medicorum notandum est, eum esse breuiorem vulgari, nam* 20. *dies vulgares constituunt Medicos dies* 21. & cum retulisset Galeni mixturam Mensis lunaris peragationis, & mensis apparitionis subdit. *Septenarius igitur Medicorum absoluitur spatio* 6. *dierum vulgarium, & horis* 17. *& dimidia. vt tres septenarij Medici absoluantur diebus* 20. *vulgaribus, & horis* 4. *& dimidia. dies enim Medicus constat horis vulgaribus* 22. *& sex septimis. ita vt à singulis diebus vulgaribus paulo plus vna hora sit detrahendum.*

ad lectorem. Accede huc mi lector, & secundum doctrinam Capiuaccei, seu Galeni, numera dies tuos 24. horarum, certe non assequeris; sed si quotidie debes vnam horam a die vulgari detrahere accidet tandem, vt morbus; qui incepit

V. G.

V. G. ab ortu Solis post 12. dies, debeat dici per huiusmodi medicinalem diem ad solis occasum incipere; & ita difficilis erit Criticorum enumeratio. & insurget non parua dubitatio, quam haud scio, an tu lector dissoluere valeas & est. si ex Capiuacceo. *viginti dies vulgares constituunt Medicos dies* 21. frustra laborauit Galenus in fingendo suo mense, vt 20. diem faceret decretorium, non autem 21. quia hoc pacto 21. esset decretorius, non 20. & sic 20 vulgaris non tanq. 20. sed vt 21. Medicus est criticus, quod Galenus nolebat. & fatendum erit Hippocratem loquutum de diebus vulgaribus, non autem medicis, quando dixit 20. criticum. *dubitatio.*

Maginus autem lib. 3. de dieb. decr. c. 9. asserens diem medicinalem Galeni esse horarum tantummodo 23. & minutorum 4. fere. hanc dierum schedulam exhibuit vt facile quispiam ab vnoquoq. die vulgari minuta illa 56. detrahere posset, & diem medicum Galeni numerare.

Prima

Magini schedula.

	D.	H.	M.
Prima Hebd'omada	0.	23.	4.
	1.	22.	8.
	2.	21.	13.
	3.	20.	17.
	4.	19.	21.
	5.	18.	26.
	6.	17.	30.
Secunda Hebdomada	D.	H.	M.
	7.	16.	34.
	8.	15.	39.
	9.	14.	43.
	10.	13.	47.
	11.	12.	51.
	12.	11.	56.
	13.	11.	0
Tertia Hebdomada	D.	H.	M.
	14.	10.	4.
	15.	9.	8.
	16.	8.	13.
	17.	7.	17.
	18.	6.	21.
	19.	5.	56.
	20.	4.	30.

Quarta

Quarta Hebdomada

D.	H.	M.
21.	3.	34.
22.	2.	39.
23.	1.	43.
24.	0.	47.
24.	23.	51.
25.	22.	56.
26.	22.	0

Certè mi lector, non tibi ex hac schedula enumerare licebit dies 24. horarum, quare tibi fas erit deserere Galenum errantem. nec sequi poteris Danielem Senertum, quia ad Astrologos magis accedit, & quia vult quotidie lunæ aspectus considerari, semper pr ę manibus Ephetidas habere opus esset, quod non est omnibus ita facile. An vis parere præclarissimo Santorello, qui l. 6. Ante-prax. c. 3. hanc ex optimis Astrologis desumptam schedulam proposuit *ad lectorem.* *de Senerto* *Santorelli schedula.*

4.	criticus, & index cōstat.	D. 3.	H. 9.
7.		6.	8.
11.	criticus, & index.	10.	3.
14.	quartus criticus.	13.	21.
20.		20.	6.
24.		23.	15.
27.		27.	8.

Tu

Lector errans. Tu vero, lector mi, qui vis cum Galeno errare, profer nunc tuas horas 24. in medium, & dic, an sint de mente Galeni? & agnosce an intellexisti ipsum Galenum. profecto aliud est dicere diem *constare 24. horis.* aliud vero 23. *horis, & 4. minutis.*

Responsio inualida. Nec valet responsio, quod non detrahendo à singulis diebus horam: tertiæ hebdomadæ detrahemus vnum diem, & sic res in idem recidet: & vtroq. modo septimana desinet 20. quia debes dicere cur secatur hebdomada, si non potest secari dies. nec tantum contra hanc sententiam digladiarentur viri docti, si adeò leuis esset contradictio. Equidem scio te velle dies 20. non autem fractos,

ad lectorem. & diminutos; sed quid respondes ad Gal. 3. de dieb. crit. scribentem. *iam sanè ostendi secundum rerum veritatem, & Hippocratis sententiam nullam horum supputationem per dies integros fieri posse, hoc est absolute citra fracturam, neq. septimanam, neq. quaternionem, neq. mensem, neq. annum, neq. alium quemuis numerum?* non ne Galenus obtestatur se secundum rei veritatem loqui de fractione dierum. &c.? primo cum de integris diebus loquebatur

tur ex vulgi opinione loquebatur, & non ſecundum rei veritatem. quid reſpõdes?

Tu vero lector, qui adeo Galeno credis, vt etiam cum ipſo velis errare. an cum Veritatem profitetur deſeres Galenum? Nunc te noui amice, vis errare, quando, & vbi errauit Galenus, non autem cum eo ſentire, quando bene ſentit? Apage, Galenus errauit in fide, Iudæos, & Christianos irriſit, & tu mauis adhuc cum Galeno errare, quam nobiſcum bene ſentire? *irridetur lec.*

AN SVPPVTATIO DIERVM *fractorum ſit obſeruanda* Cap. 5.

NOn pauci viri docti dies Criticos fractos, & corroſos vituperarunt. quia Galenus duas tantum diei ſpecies fecit, alteram 12. horarum, alteram vero 24. & primo, ac 2. lib. de diebus criticis. ſe explicat, dicens ſe per diem Criticum intelligere ex 24. horis conſtantem, ſeu diem vulgarem, etiam noctem comprehendentem. at lib. 3. aliam dierum computationem tradidit imaginariam, non autem realem. ad quam refellendam inſur- *duæ dierũ ſpecies.*

insurgunt plures, vt Valesius in contr. lib. 10. c. 2. Fortun. Fidelis lib. 13. contempl. c. 5. Amatus Lusitanus de diebus decret. & nonnulli alij. qui dies Criticos integros 24. horarum, non autem diminutos computari volunt.

contra Galenũ.

Amatus

Vnde Amatus, *computabit*, inquit, *Medicus morbum ab ea hora in qua æger læsionem operationum sensibiliter persentit, integros numerando dies, nullas ab eis fractiones, aut portiunculas demendo.* ecce vituperat diem 23. horarum. quia Galenus pluries clarè dixit, se assumere diem 24. horarum. & vere quidem apud omnes nationes dies comprehendens noctem est semper 24. horarum. Nec Galenus quid noui docuit, dicens se intelligere diem 24. horarum, vt vulgus accipit. nempe vt distinguitur à die solari. 12. horarum.

explicatus.

Non tamen contra nos est Amatus, integros dies assumens. semper 24. horarum. quia & nos idem sentimus dempto primo die, quem integrum debere esse negamus. quia, quæ dicuntur acta tali die, sufficit, esse acta ante Solis Occasum. nec est necesse, vt semper diem primum integrum velimus. ipse enim Galenus cum Hippocrate fatetur non posse

sumi,

sumi, neq: integrum annum, neq: mensem, neq. diem. Certe annus non constat integris 365. diebus ex 24. horis. sed accedit particula diei. cuius causa fit Bisestus. si igitur in anno est fractio diei: erit etiam in mense, ita quoq: in die horæ fractio erit in Galeni sententia. Vnde paulo ante Amatus loquens cum Galeno. *Diem, inquit, in præsentia appello interuallum* 24. *horarum æquinoctialium, sic enim & annum trecentis, & sexaginta quinque diebus, & quarta insuper diei parte constare dicunt. Tempus vero menstruum circiter* 29. *cum dimidio. &c.* ecce Amatus fatetur fractionem dierum. si Annus habet dies 365. & horas 6. quilibet mensis ex æquo diuisus, (cum sint 12.) habebit dies 30. & supererunt dies quinque, qui integri poterunt donari quinque mensibus, vt habeant dies 31. sed illæ horæ 6. quomodo sunt diuidendæ? an cuilibet Mensi dando mediam horam, & oportebit etiã singulis diebus prebere vnum minutum. certe cogimur 4. cuiq: anno vnum diem addere. nam ille 6. horæ in fine anni ab alio die erunt sumendæ, & ita primus, & vltimus dies anni non erit integer, sed fractus sumendus. Interim

erit

Amat⁹ notatus. erit taxandus Amatus, qui voluit agere ex professo de diebus criticis, eorum reddere rationem ex Musica consonantia præter Galeni sententiam, & conscribens tot centurias Historiarum: ac si non legisset Hippocratis, & Galeni Historias; de hora insultus morborum, & de diebus criticis nullam facit mentionem; sed omnia tribuit suis medicamentis.

Fortunatus Fidelis, vt Galeni apparentem contradictionem tollat, innititur Galeni dictis de die 24. horarum: sed quando dies breuiores facit 3. prog. 4. & 3. de Crisibus multoties. id fecisse censet in Hippocratis gratiam, vt Magistrum tueretur. nam legitimum horarum diei numerum alibi ex propria sententia determinauit. *Fortunatus fidelis notatur.* Profectò nimis infideliter hic Fidelis, & doctus vir Hippocratem taxat, anne Hippocrates dicens vigesimum esse criticum errauit? an eget, vt in hoc eum Galenus tueatur? minime quidem, experientia id demonstrat, causam reddere, nec tentauit vnquam Hippocrates, nec vtile censuit. At Galenus, vel veram attulit, vel falsam? si falsam, quis eum coegit? sua sponte imaginatus est, nec defenditur Hippo-

cratis

cratis sententia contra Archigenem, falsis Galeni rationibus: Sed veritas veritate. Verissimum est,& experientia cognitum. 20. esse magis criticum, quam 21. cur autem sit criticus, non pertinet ad Medicum ex alia scientia, quæ Astrologia est, docere. Sed esto Medicus debeat inquirere causas, cur 20. sit criticus, potius, quam 21. quilibet potest, quod vult imaginari. non ad Hippocratem tuendum; sed vt suum ingenium ostentet, sic Amatus Musicam consonantiam, Fracastorius humorem Melanchoiicũ, Galenus Mensem Medicinalem, nullius imaginatio placet. sit ignota causa. quid ad Hippocratem?

Porrò Fidelis vituperata decurtatione dierum medicinalium à Galeno excogitata, vt 20. faceret tertiæ septimanæ finem. *Verum, ait, vt integros numeres dies, ac* 24. *horis constantes, licebit etiam alia ratione tres septimanas in* 20. *dies cum* Hippocrate *distribuere: etenim si secundæ septimanæ diem vltimum bis numeres, vt eundem secundæ finem, & tertiæ principium ponas, quod fecit etiam Hippocrates, & Gal.* 2. *aph.* 24. *ex tribus septimanis vnus peribit dies, & cum iam reliqui sint* 20. *Ergo necessarium nõ*

est, certum spatium ex singulis diebus detrahere. Hoc quidem tibi placere scio, lector mi, sed responde, anne eadem est via Athenis Thebas, ac Thebis Athenas? quid differunt bis sex, ter quatuor, duodecim, & 24. dimidiæ vnciæ? Vnde iocatur Fidelis. si enim à tribus septenarijs diem, seu 24. horas abstuleris, nonne idē est, ac, à quolibet septenario 8. horas auferre? immo à quolibet die horam vnam, & paulo plus, quibus modis 20. erit finis tertiæ septimanæ. Sic si pro pēsione domus quotidie soluo vnciam vnam, vel quolibet Mense vncias 30. & quinque duodecimas, vel tādē quolibet anno vncias 365. nonne idē erit? Sed dicat Fidelis, & tu lector, qui cū illo es: cur bis vultis repetere eundem diem, & facere bisextum? vel diem demere? Hoc opus, hic labor. Equidem cum Hippocrate nil volo demere; sed sint dies 24. horarum, sufficiat experientia probatum 20. esse Criticum. præstat nullam reddere rationem, quam inanem.

ad lectorem.

quæsitū.

Denique Valesius scripsit. *Mensem ex quatuor septimanis constare; sed secūdam cum tertia communicare vna die: atq. proinde 27. diebus contineri quatuor hebdommadas.* Et primo quidem

Valesi⁹ notatus

hic

hic constituens dies criticos 24. horarum optime ratiocinatus fuit. sed effingens mensem 27. dierum, qui non est mensis peragrationis Lunæ 27. diebus, & horis 8. constans, à communi schola recessit, at doceat solidè, cur vna dies communicatur cum secunda, & tertia? me docuit pluries Galenus, nec ipsi quidem esse credendum ratione sufficienti non allata. Quare concludam Dies criticos non esse quotidie corrodendos, ac frangendos, nec Galeni more, nec eorum, qui primum semper ex 24. horis fingunt, vt primum integrent, cæteros deinde lacerant. Tu vero lector, quid dices? oportet, vt illas fractiones dierum probes,& constituas dies corrosos, aliàs promissis non stabis. anne cum Galeno te malle errare, quam cum Martiano bene sentire dixisti? Ecce Galenus modo diem 24. horarum proposuit, modo autem horarum 23. circiter. Dic, quando errauit? an in die breuiore? Ergo tu debes cum ipso errare, non autem bene sentire cum ipso bene constituente diem 24. horarum; sed lingua te fefellit.

Galeni dictum.

ad lectorem.

AN PRIMA DIES MORBI *semper debeat sumi 24. horarum.* Cap. 6.

His suppositis deueniendum modo est ad punctum nostrę intentionis, ad quæsitum principale, & ad corrigendum abusum quorundam Medicorum, qui in dierum criticorum consideratione, præter Hippocratis (qui ex Gal. primo de crisib. c. 9. *horum omnium dux est*) mentem, atq: etiam Galeni doctrinam aberrant. qui abusus, vt clarior euadat, & ex Hippocratis, & Galeni doctrina, atq; optimis rationibus corrigi queat, afferendus in medium erit, cum suis fautoribus.

Gariopōti sententia. Gariopontus ergo Medicus lib. 6. de feb. c. 13. *Et hoc*, inquit, *prætermittendum non fuit in noticia humani corporis dicere. quemadmodum dies Critici debeant computari, & ideo ordinandum credidi diligenter, vt in hoc numero horarum quidem accedentium, ac minuentium non fallaris incerta ratione, quia dies vnus cum dimidia nocte sua 24. horas habet. Vnde si vnusquisq: hora tertia, vt puta,*

vt puta, tangatur, videtur ipsius diei tres horas perdidisse. sed non pereunt, quia cum cæteris computare, largiris eis ex nocte horas tres, quibus per diem minus tactus est, vt possis 12. horis completis computare plenissime. simili modo versa vice, si nocte sit computata, vt si quinta hora noctis, tactus est quisquam, quinque etiam diei horas nocti largiaris. Ad hanc rationem omnium ægritudinum noctes, & dies, vt non dierum magis numerum, aut noctium, quam horarum secundum numerum constitutum computes, vt puta, sicut in triduum vnumquemq; discuti posse monstrabimus, quia vnus dies, & nox 24. horas habet. Computa ergo ex hora qua cecidit in ægritudinem typum horarum 72. vt tridui compleas numerum pro dimissione horarum.

Certe Gariopontus huiusmodi doctrinam neq: ab Hipp. neq. à Galeno didicit. ille enim inuasionis morbi horam rarissime adnotauit, & satis illi fuit diem adnotasse; Quod si hoc parui fecit Hippocrates criticorum dierum Magister, & nos cum illo nihili faciemus, Hic profecto Gariopontus supra Hippocratem, & supra Galenum sapere voluit. illud autem, quod dicit, diem à nocte mutuo *Gariopõtus notatus.*

accipere horas, & viciſſim à die noctem, vt fiat proceſſus in infinitum omnibus diebus mutuo accipientib. horas, nimis continuata vſura eſt, & comentum puerile. quia horæ dierum non ſunt pecuniæ.

Io. Bap. Corteſij relatio. Præterea legitur in Miſcellaneis Io. Baptiſtæ Corteſij Comitis Palatini Praxeos profeſſoris in Mamertina Accademia, Viri eximij, Anatomici præſtantiſſimi decade 7. c. 8. pag. 411. in fine ex Ingraſſia. *Vel dies eſt naturalis, vel artificialis. primus dies amplectitur ſpatium 24. horarum, vt ex Galeno colligitur, in quo integer dies, & integra nox continetur. ſecundus vero dies eſt ſpatium illud temporis, in quo Sol remanet ſupra terram ad noctis differentiam. Dies artificialis ſolet aliquando ingredi, antequam dies naturalis expiret. E. G. aliquis hodie ægrotet hora decima octaua, antequam finiat dies naturalis, qui extenditur vſq: ad horam 18. diei ſequentis, intermedia eſt, nox tota, & diei ſequentis hora ſex. Vnde ſi quis purgauerit in ſpatio harum ſex horarum, poterit dicere ſe purgaſſe in prima, & ſecunda die morbi, prima quidem reſpectu diei naturalis, ſecunda; vero reſpectu diei artificialis.*

vnde

vnde in fine diei quinti adueniente sexto potest vti medicamento purgante.

Hæc est sententia Ingrassiæ a Cortesio relata, qui primum diem numerat ab hora 18. qui quidem dicens diem naturalem à 18. hora incipere, valde decipitur, vt enim supra diximus cap. 2. secundum diuersas nationes, vel incipit ab ortu Solis, vel à Meridie, vel ab occasu, vel à media nocte, nec vllibi gentium aliter incipit. quare debet potius dicere diem Medicum, quorundam Medicorum. non autem diem naturalem. Et in rei veritate nec Cortesio videtur placuisse, nam statim subdit. *Sed huiusmodi Philosophia non videtur admodum Solida, sed nimis subtilis*. Sic & ego dicam, hunc diem primum ex 24. horis esse philosophiam subtilem, non autem solidam. nunquam enim ex Hippocrate, vel Galeno talis enumeratio colligi potest. & si quando dixit Galenus, se loqui de die 24. horarum; ideo se explicauit, ne quis forte censeret eum semper loqui de 12. horarum die. Vnde non valet dicere Galenus ait se per diem intelligere diem 24. horarum comprehendentem etiam noctes, ad differentiam diei 12. horarũ à nocte. distincti. ergo etiã

Ingrassianotatus.

Cortesij respõsio.

Respõsio tacitę obiect.

prima dies critica debet esse 24. quia, inquam, Galenus loquitur de illa ſpetie dierum, non autem de alia. ſed qui dicit ſpeciem, non intelligit totam ſpeciem, ſed aliquando partem, ita etiam nos primi diei aliquando partem ſumere poſſumus. dic ſodes, quando alicui conſuluiſti, vt veſceretur carne vituli, intellexiſti ne, vt ederet totum integrum Vitulum? ſic erit de die, ſufficiet primi diei pars.

Inſtantia. Sed dices ex Galeno dies eſſe numerandos ab hora inuaſionis. ergo ab ea hora incipit dies Naturalis Medicus.

Reſpōſio Reſpondeo concedendo antecedens, nam tunc incipit Morbus. & per horam inuaſionis intelligimus diem inuaſionis, ſic Hipp. notat in Hiſtorijs diem primum, in quo febris inuaſit. ſed negamus incipere dies naturales Medicos, quia iſti dies naturales Medici, incipientes quocunq. tempore ſunt fictitij. numeramus quidem dies ab hora inuaſionis; ſed vſq. quo perdurat ille dies ſolis. non autem dies imaginarius. Sed Galenus conſiderat horam prima inuaſionis, vt prænoſcat horam aliarum acceſionum.

Vera ſētentia Altera Sententia eſt Medicorum Hippocraticorum, & Galenicorum ve-

rorum

rorum, qui pro prima morborum die numerant moltas, vel paucas eius diei horas ante Solis occasum cum nocte subsequente,& secundum diẽ semper incipiunt ab ortu Solis,de qua re doctissime egit Marsilius Cognatus eruditissimus Præceptor meus, & alij præclarissimi viri, inter quos erit Ioannes Manelphus condiscipulus meus, vir clarissimus; & hoc æuo in Romano Gymnasio Praxim. primo loco docens.libro primo de febre edito anno 1625. circa finem, vbi, *Et quoniam,* inquit, *cum Hippocrate dierum supputatio per dies integros celebrari non valet; namq; sicut non constat annus integris mensibus, neque mensis integris diebus; ita pariter neque dies integris horis, necesse est etiam perpetuo constare: vnde si forte fortuna, quod aliquis* 21. *hora. E. G. febre corripiatur, vnum diem numeramus tres illas horas, quæ diei artificiali supersunt cum tota sequenti nocte, vt etiam dato casu, quod aliquis incidat in febrem hora quinta noctis, diem quoque vocabimus vnum, omnes illas horas, quæ nocti supersunt, cum tota die sequenti artificiali. Non,inquam, necesse est, omnes dies integris horis constare veluti neque menses integris diebus,* *Ioannes Manelphus.*

bus, quandoquidem vtero gessit Faustina E. G. octo menses integros; atque tres dies noni mensis, accidit modo, vt tertio die noni mensis pariat. vtiq: partus hic nonimensis appellabitur, cum integris diebus menses constare non semper valeant in operationibus naturalibus. Ergo nec etiam dies integris horis necesse est, vt construantur. Et sic Franciscus E. G. hora 22. diei Mercurij ex febre corripitur, diem vnum vocabimus illam reliquam diei horam cum tota sequẽti nocte: ita etiam numerabat Hipp. in Epid vt melius eximius doctor Marsilius Cagnatus edocuit super Aphor. septenorum quartus est index, &c.

Prosper Martianus. Pro qua sententia corroboranda aderit etiam, & maxime Prosper Martianus Medicus item Romanus, & insignis Hippocratis commentator in lib. 4 de Victu Acut. ver. 162. pag. sua 394. cuius liber editus fuit anno 1626. ab obitu auctoris tertio, qui pluribus rationibus, à nobis infra afferendis, probat prædictam sententiam. sed antequam id rationibus demonstremus, Hippocratis auctoritas erit præponenda.

HIPPO-

HIPPOCRATIS MODVS DIES criticos numerandi.

Cap. 7.

VT autem tibi oſtendam, lector mi, tuum dies criticos enumerandi morem per integras 24. horas, ita vt qua hora primus inceperit dies, eadem omnino ſecundus, tertius, & reliqui incipere dicantur, eſſe erroneum, contra Hippocratem noſtrum, contra Galenum, contra rationem, & contra doctorum virorum vſum, fas erit Hippocratis ægrotorum hiſtorias conſiderare, & ex illo diſcere veram Criticorum dierum ſcientiam. Et primo quidem iure optimo Primus dierum criticorum obſeruator, & doctor in aciem, vti ſtrenuiſſimus dux prodibit Hippocrates, tu interim lector cum perſpicilijs adeſto, vt Hippocratis verba ad tuam lancem exacte ponderes: ſed vereor ne Surdo Fabulam narrem.

adlectorem.

(†)

PRIMA

PRIMA HISTORIA.

Philisc. primo Epid.

HIppocrates ergo primo Epid. æg. primo Philisco scriptum reliquit. *PRIMO die febris*, &c. *noctem laboriosam*, &c. *SECVNDO die omnia exacerbata*, &c. *Vesperi*, &c. *noctem quietam. TERTIO mane vsque ad meridiem*, &c. *ad vesperam febris*, &c. *noctem molestam*, &c. *QVARTO omnia exacerbata*, &c. *nox tolerabilior*, &c. *QVINTO circa meridiem*, &c. *noctem laboriosam*, &c. *ad diem voce destitutus, circa meridiem SEXTA Mortuus*.

ad lectorem.

Quæsitū triplex.

Hæc est Hippocratis Historia, hic est dies criticos enumerandi modus, hic in vsu dierum criticorum summo inuentu-ri, hunc debemus nos imitari, & non alium. Quero nunc ex te, lector oculate, quando incæperit primus dies, quia Hippocrates horam non explicauit, & quando secundus? quæro secundo, quo modo hic enumerauerit Hippocrates dies criticos, an ab hora ad horam? an ab ortu Solis? quæro tertio, cur Hippocrates fuit adeo diligens recensendo noctem, ad diem, mane, meridiem, & ad vesperam, & non posuit horam primæ

inuasio-

inuasionis, quæ ex te est principium primi diei, & debet eadem esse principium aliorum dierum? expectarem donec respondere; sed nollem vsq; ad Kalendas græcas, quia tu forte dices Α'νίμα διαλέγη. ob id ego nunc respondebo. tu meliora afferto, si hæc non placebunt. Sed quid, anne Asini lanas quero?

Ad primum primo Respondeat pro me Valesius in commento huius historiæ, qui sic loquitur. *Primus ergo circuitus Philisci acerbissimam partem secundo die habuit ad meridiem, cæpit inclinare vesperi (quare Hippocrates clystere vti iussit, vt in inclinationibus fit) durauitq; ea inclinatio vsq: ad meridiem diei tertij, qua hora verisimile est febrem primo die incepisse (quamquam Hippocrates hora non meminerit) à meridie tertij diei cæpit febris acuta cum sudore, vt à principio.* Ecce ex Valesio Philisci febris primo die cæpit meridie, & ex tuo abusu secundus, tertius, & reliqui à meridie incipere deberent. at cur Hippocrates incipit mane dicens, *tertio mane*? eccè clarè, licet febris primo die cæperit meridie, tamen Hippocratem dies referre à matutino tempore. quid ad hoc respondes? vellem equidem scire albus, an ater

Ad primum Quesitũ

hora primi diei.

an ater sis, an dices Valesium errasse, esto nobiscum, sit errabundus Valesius, tu solus sapiens? non omnes, qui habent citharam sunt citharedi.

secunda respõsio. Nunc pro te respondeo ego, & dico Philisci febrẽ mihi videri cepisse potius *ad vesperam*: nam licet dicat Hipp. vsque ad meridiem visum sibi fuisse sine febre, quando eum visitauit, non tamen dicit ad meridiem febricitasse; sed postea scripsit *ad Vesperam febris eum acutu corripuit*. Ergo non prius ad meridiem fuit exacerbata: quare ad Vesperam etiam primo die febricitare cæpit. indè quinto ad meridiem erat leuis, sed *nocte se grauiter habuit*, quia ad Vesperam redibat accessio. & tamen dixit *tertio mane*. incipiens tertium diem mane.

ad 2. quæsitũ. Ad secundum quæsitum. donec tu respondeas, ita ego, numquam Hippocratem ab hora ad horam dies numerasse observare potui (profer tu ex Hippocrate vnum saltem exemplum, amabo te.) sed ab ortu Solis, vt vulgus dies appellare solet á noctibus luce distinctos.

Mercurialis. Habeo Mercurialem in hanc historiam scribentem. *Dies est duplex artificialis, & naturalis. Naturalis comprehendit tum diem, tum noctem. Artificialis verò*

tantum

tantùm diem. scilicet quo tempore Sol est super terram. & post paginam vnam subdit. *SECVNDA die. Hic Hippocratem pro die accipere artificialem, scilicet ab ortu ad occasum Solis, perspectum est, siquidem subiungit noctem*. An dices errasse etiam Mercurialem, vt de Martiano dixisti? sed si Hippocrates in historijs Epidemiorum non intelligit nisi dies ab ortu Solis, non inclusa nocte, vt legenti patet, absurdum erit velle præter eius intentionem dies primos facere 24. horarum. dic in Philisco dies ab Hippocrate recensiti fuerunt ne 24. horarum? vt tu omnes dies facis? ponderemus Hippocratis verba. *Primo die febris*, &c. *noctem laboriosam*, &c. *secundo die*, &c. explica mihi iste primus dies quot horis perdurauit, an à meridie vsq; ad occasũ? an ab ortu ad occasũ, vel à Meridie, ad Meridiẽ, vt tu? nec hoc, nec illud ex Hipp. colligi potest, sed tantummodo primum patet manifeste, quia mox a die distinxit noctem. nec eam vnquam in hoc ægroto cum die coniunxit. *ad lectorem*.

Ad tertiũ Respondeo ego (quicquid tu aliter censeas) non posuisse Hippocratem insultus horam, quia id scitu non erat necesse, cum sufficeret diem no- *Ad 3. quæsi: ii.*

uisse, cuius pars sufficiens est ad diem constituendum. non autem ipsa hora, quæ non est de Morbi essentia, neq: de criticorum dierum essentia, quia Gal. primo de Crisibus c. 2. *Tempora morborum*, inquit, *non diffiniuntur dierum, vel horarum (vt quispiã existimauerit) numero*. Tu vero considera quam exquisitus fuerit Hippocrates in recensendis historijs ægrotorum, nec vnquam tamen recenset primam horam inuasionis febris, neque vnquam secundum primam horam insultus medicum diem inchoat; sed sequitur vulgi vsum, non autem tuum abusum. an dices Hippocratem errasse? caue sis. & hæc est prima Hippocratis historia ex qua multa pro Martiano, pro te nihil eruitur.

Quod si cum Valesio dixerimus Philiscum ægrotare cæpisse ad pritmi diei meridiem, tertius per te inciperet ad meridiem, sic etiam quintus, in quo dixit Hippocrates *circa meridiem parum de naribus stillauit*. quæso nunc ex te, istæ stillæ fuerunt ne adhuc in 4. vel in 5. & iterum dicito mihi *si die sexto ad meridiem obijt*: recte nè dixit Hippocrates? quia secundum tuum computum à meridie numerando dies, Meridies quinti,

ad lectorem.

non

non esset nisi principium quinti, & finis quarti; vndè potius ad quartum pertineret. Sic meridies sexti esset finis quinti, & initium sexti. sed initium initians nondum participat de natura sexti, vnde potius obijsset in quinta, quam in sexta: sic secundùm tuum abusum malè dixisset Hippocrates Philiscum obijsse sexto die: quia mors fuisset effectus quinti. At Hippocrates vir fallere, & falli nescius dixit, obijsse sexto ad meridiem. ergo sextum fecit ad ortum Solis.

SECVNDA HISTORIA.

Silenus in secunda historia Hippocratis noctu videtur febricitasse, nam antequam Hippocrates loquatur de primo die, refert affectum fuisse febre magna, & capitis, ac lumborum dolore, collique tensione: vnde ante diem primum febricitauit. quia, inquam, dictis affectibus prolatis mox subdit. *PRIMO die aluus biliosa*, &c. quod rationi consonum est. nam si præcedenti die adfuerunt exercitationes intempestiuæ, lassitudines, & potus febris causæ, non potuit noctu bene se habere, vnde noctu accessit febris, & alijs po- Silenus.

ftea noctibus exacerbatur, die primo aluus deiecit. quod cum ita se habeat, si ab hora febris inciperet dies Medicus, noctu incipere debuisset, tamē Hippocrates noctes sequētes à diebus distinxit, nec in die vigintiquatuor horarū inclusit, scribens, *PRIMA die aluus*, &c. *nocte nihil dormiuit*: *SECVNDA febris acuta*, &c. *noctem difficulter*, &c. *Tertia cuncta*, &c. *nocte nihil dormiuit*, &c. recenset ergo Hippocrates dies ab ortu Solis, ad occasum, non autem ab hora febris ad horas 24. & clarissimum est, quia nullibi apud Hippocratem contrarium exemplum reperitur. At in hac etiam Historia, nota lector; quia horam primæ inuasionis non adposuit Hippocrates, vel errauit Hippocrates, vel neglexit, vt inutile, & non necessarium; non primum. ergo vltimum, nec in commento Galenus quæsiuit primam horam febris; sed confirmat meam sententiam de febre nocturna ante primum diem dictum, his verbis. *Primum itaq: eum, inquit, ignis corripuit, ita suo more febrem vehementissimam appellans*. *Deinde primo die aluus biliosa*, &c. si primus dies est *deinde*, seu post febrem, ergo febris noctu, &

dies ab ortu Solis.

ad lectorem.

ctu: & horam Hippocrates non attulit.

TERTIA HISTORIA.

Erasinum, inquit Hipp. primo Epid. Ægr. 8. *febris magna corripuit post cœnam, nocte turbatus fuit. Diem PRIMAM quiete, noctem laboriosè transegit. SECVNDA omnia exacerbata sunt, ad noctem delirauit. TERTIA dolorosè, multum delirauit. QVARTA molestissimè ad noctem nihil dormiuit,* &c. *QVINTA mane resipiscebat, ac intelligebat omnia. Verum ad meridiem multum insaniit*, &c. *circa solis occasum mortuus est.* Notemus hic simul lector, primo Hippocratis miram diligentiam, qui historiam ægritudinis ab hora inuasionis febris ad horâ mortis notauit, & obseruauit primo noctem post cœnam, deinde noctes à diebus distinctè, & diei partes, mane, meridiem, & solis occasum: notemus secundo, vocem diei assumere pro die artificiali ab ortu Solis ad occasum, à nocte distincto, non autem 24. horarum, vt tu semper accipiendum vis. Notemus tertio dies ab ortu Solis incipere. Quare tu lector oculate, doce me ex hac historia Hippo-

Erasin⁹.

ad lectorem.

 cratis.

cratis, computare tuos dies 24. horarum ab hora primi insultus. conare. num prius Cribro aquam hauries?

quæsitũ. Quando ne putas Erasinum febricitare cœpisse? responde. Equidem censeo ad initium noctis statim à cæna. Nam Hipp. primo narrat febrem magnam successisse cænæ, deinde noctis turbationem, & sentio cum Mercuriali hoc loco scribente *Erasinus opiparè, ac lautè admodum vespere epulatus febre magna correptus est*. Accedit, quod, vel æstas, vel autumnus erat, quibus temporibus cænæ non prorogantur ad multam noctem; sed ad occasum Solis, vel paulo ante cænatur. Quod corroboratur, quia obijt ad occasum Solis, quo tempore incæperat febris, vt Philiscus obijt ad meridiem, qua hora cæperat ægrotare. Adde transacto secundo die Hippocratem dicere *ad noctem* delirauit, intelligens ad principium noctis. quare febrem inchoasse dicemus post Solis occasum ad noctis initium.

ad lectorem. Hoc posito numera tu lector dies criticos tuo more, & ferrum natare doceto. & dic Erasinus cæpit febricitare ad noctem, idest post Solis occasum. dicamus V. G. hora prima noctis. At hora pri-

ra prima post Solis occasum primi diei transactus est primus dies tuus ex 24. horis. ergo debet ea hora incipere dies tuus secundus. Sed contra. Hippocrates post noctem secundam scripsit. *SECVNDA die*. Ergo duæ noctes pertinent ad primum diem. Et nota nunc, mi lector, si erat Æquinoctium, primus dies habuit 35. horas nempe 11. ex prima nocte, 12. ex primo die, & 12. ex secunda nocte. in summa habuit duas noctes, & vnum diem. quid dicis, quid dicis lector? an errauit Hippocrates. adhibe perspicilia, lege. *secunda die*. Sed hoc ante nos obseruauit doctissimus Mercurialis hoc loco scribens. *Cum Hippocrates hic duarum primæ diei noctium, atq: ambarum turbatarum mentionē faciat, arbitror ita rem sese habuisse, vt à cœna statim febris sit facta, ac nocte non quieuerit*,&c. Ecce fatetur Mercurialis primum ægritudinis diem ex Hipp. hoc loco, duas noctes, & vnum diem solarem sibi assumpsisse. ergo non semper, vt tu lector censes, debet esse 24. horarum.

duæ noctes.

ad lectorem.

Sed præterire nequeo, quod Galenus in commento allatæ historiæ scripsit. Cum enim diem quartum lethalem plu-

rimis obseruasset, talem etiam Erasino esse debere censuit, quia tamen præter ipsius opinionē obierat quinto, vt quartum omnino lethalem, & in eo Erasinum decessisse probaret. *At Erasinum, inquit, quamquam omnia grauia haberet, ad diem tamen quintum mortem produxit, quod die primo mediocriter haberet. Vnde est de eo sic scriptum ad verbum. Diem primum quiete transegit. Quintus itaq; ab initio, quo decessit, non adnumerato primo, quartus efficitur.* Equidem miror Galenum sua somnia, sua entia rationis tamquam vera, & realia posteris proponere. ecquid censet semper cum pueris loqui? quis hæc credat? Profecto si quandoq; nos in dierum criticorum enumeratione dies ægritudinum quietos subtrahere possemus, multi dies essent sæpe subtrahendi. & confusissima esset dierum Criticorum ratio. Nonne Erasinus post noctem *igni correptus fuit?* idest febre vehementissima, idem enim Galenus de Sileno loquens scripsit. *Primum itaque eum, inquit, ignis corripuit, ita suo more febrem vehementissimam appellans.* Ergo Erasinus vehementissime febriens noctem habuit molestam, primum diem

Galeni temeritas.

absurdū

quie-

quietum, secundam noctem laboriosam. certe Galenus non poterit detrahere nisi diem quietum 12. horarum, non autem noctem laboriosam. &, si dies numerãdo cum Hippocrate, quinta cepit ad ortum Solis quinti diei 12. horarum, & definet ad occasum eiusdem diei. At inclusa nocte in die 24. horarum desinet ad ortum Solis diei sexti. modo auferto 12. horas primi diei, quinta incipiet ad occasum Solis quinti diei. & nox 4. die pro quarto erit sumenda. Ita dicere liceret Philiscum detracto die tertio, obijsse quinto, non autem sexto. melius enim se habebat die tertio Philiscus, quam Erasinus die primo. quia hic *noctem habuit molestam, diem quietum, iterum noctem laboriosam.* Philiscus verò. *Noctem quietam. Die tertio mane, & ad meridiem vsque febre visus est liber esse. Ad Vesperam febris.* Quare si dies subtrahi possent maxime peruerteretur criticorum ordo. Quo constat aliquando vana loqui Galenum, & quicquid imaginabatur, vel somniabat, tamquam verum referre. Male igitur salsamentaria carta Martianum eo tantum nomine refellit, quod contra Galenum scripsit. nec non contra prauum vsum, circa- *dies non esse subtrahẽdos.*

rem, quæ est contra Hippocratem, fallere, & falli nescium. Tu vero lector, qui primum diem omnino ex 24. horis constare vis, nulla hora dempta, perpende modo Galeni mentem, qui vult dies subtrahere;

ad lectorem.

QVARTA HISTORIA.

PRætermissis ijs ægrotorum Historijs, ex quibus primi diei hora comprehendi non licet, quo clare constat apud Hippocratem scitu non fuisse iudicatum necesse, deueniemus ad 12. ægrotum, in quo initium inuestigari posse videtur.

1. Epid. ægr. 12.

Homo quidam, inquit Hippocrates, *calefactus cænauit*, *bibit amplius*, *vomuit omnia noctu, febris acuta*, &c. *noctem moleste tulit*. Qua hora cænauit? credendum est Vesperi, vel ad initium noctis, vel etiam ad finem præcedentis diei. Sed hic aduertendum verbum θερμαινόμενος, quod *incalescens* vertunt Cruserus, Foesius, & Valesius, atq. ita legisse videtur Galenus, ac si diceret *Febricitans*. censet enim eum incipiente febre cænasse: At Caluus, & Cornarus vertunt *calefactus*, quæ lectio magis placuit

calescēs.

calefact⁹

cuit Mercuriali, quia fortasse ab exercitijs calefactus cænauit, & multum bibit, eo quod ab exercitio multum sitiebat, alias leuis calor etiam febrilis incipiens, non potuit esse causa, vt æger tantum in potu delinqueret; sed quicquid sit, & quocunq; modo legatur, constat febrem acutam noctu aduenisse, & noctem moleste tulisse. Quo supposito, nec non etiam ad meridiem circiter noctem, vel prius febrem acutam inuasisse: nam post aduentum febris acutæ dicitur noctem molestè tulisse, multa enim ea nocte acta fuere. primo vomuit noctu; secundo febris acuta nocte accessit; tertio noctem moleste tulit. quæ acta fuisse dicemus ad initium noctis, ad mediam noctem, ad reliquum noctis. Posito igitur ad mediam noctem manifeste febricitasse; si tuo more, lector mi, dies primus ab hora sensibilis læsionis incipiens deberet habere 24. horarum spatium; sequeretur diem primum in hoc ægrotante incipere à prima media nocte, & desinere ad aliam mediam noctem, & sic omnes dies huius ægrotationis à media nocte inciperent. quod est contra Hippocratis vsum, qui subdit. *SEXTO vesperi multum delirauit, nec nocte dormiuit.*

acta noctu.

ad lectorem.

minuit. SEPTIMO die omnia exacerbata, &c. *Nox laboriosa*, octauo, *mane riguit, vesperi multum delirauit*, &c. *NONO frigebat*, &c. Nam si ad mediam noctem in hoc ægroto inciperet dies Medicus, sequeretur, quod dies septimus inciperet à media nocte antecedente, sic octauus, & nonus: at quæ-
quæsitu. so cur id non adnotauit Hippocrates? esset omnino irridendus, vt qui exposuerit tanta diligentia, quæ acta fuere mane, & vesperi, & reticeat acta ad mediam noctem, quæ sit initium dierum criticorum in hoc ægrotante, res tanti momenti!

Quod si prior media nox fuerit prioris diei, & posterior posterioris, ita vt sit nox diuisa in finem sexti, & in principium septimi, negligens diceretur Hippocrates eam non diuidendo, cum solum modo dicat *nocte non dormiuit* faciens integram noctem, quæ tamen ex
ad lectorem. te, lector, duplicis est considerationis, dimidiataq; est in finem sexti, & initium septimi. Item scripsit *Nox laboriosa*, quæ esset per malum abusum, pars septimi, & pars octaui. & statim diem octauum, qui integer est, diuisit in mane, & vesperum. Vnde in diuidendo die fuisset super-

ſuperfluus Hipp. in diuidenda nocte, quod fuiſſet neceſſarium, fuiſſet diminutus. Sed hæc de Hippocrate proferre abſurdum eſt. ergo recte ſe geſſit non conſiderans principium dierum criticorum à media nocte, qua cæpit ægritudo; ſed ab ortu Solis.

Vnde ex hac hiſtoria ego colligo, primum diem (licet antecedente nocte inchoauerit febris) ab ortu Solis incipere, & coniungi cum nocte ſequenti. adeo vt ſecundus mane ad ortum Solis incipiat more Babilonico: per xxiiij. horas, & deſinat ad ortum Solis alterius diei. Colligo ſecundo (vt etiam in Eraſino ſupra dixi) primum duas noctes ſibi vſurpaſſe, nempe partem præcedentis, & totam ſubſequentem. Tu autem lector, ſi es vir doctus, effare, quid collegeris ex hac hiſtoria pro tua ſententia confirmanda? doceto nos, habebimus grates. ſed Καλλίας πτερόρρυεῖ *Meſſis.*

Pluri-

QVINTA HISTORIA.

PLurimas historias ægrotorum ab Hippocrate allatas relinquam inconsideratas, vt pote in quibus Hipp. initium morbi non docuerit. sed considerari possent non nullæ, in quibus clarè à nocte diem distinxit, & quæ separatim acciderunt, memoriæ mandauit. qualis esset Ægroti tertij. Sec. prima lib. 3. Qui in Dealcis horto, &c. vti etiam Ægroti decimi. sec. 3. lib. 3. *In Abderis Nicodemum*, &c. & similes, quę legenti patebunt. Nunc autem considerabimus. Ægrotum 12. sect. 2. lib. 3.

Mulierem, (inquit Hipp.) *quæ decumbebat in mendacium foro*, &c. non allata hora principij, *SEPTIMA riguit*, &c. *circa Vesperam frigidum sudorem*, &c. *rursus ad noctem riguit*. *OCTAVA circa Meridiem recalefacta*, &c. *noctem moleste tulit*, &c. *NONA remiserunt omnia*, &c. *ad vesperam parum riguit*, &c. *Decima mane multam vrinam*, &c. *VNDECIMA uomuit, ad Vesperam sudor*, &c. *noctem laboriosè transegit*. *DVODECIMA vomuit, DECIMATERTIA nigra*, &c. *circa meri-*

meridiem voce destituta, &c. Ecce seriem Hippocratis dictorum, quam attuli, vt ambo discamus dies criticos enumerandi rectam rationem. Namq; summus Præceptor, quæ acta fuere ad Vesperam, ad noctem, nocte, mane, & circa meridiem diligentissime adnotauit. at horam inuasionis febris, vel decubitus, pro qua tu semper digladiaris lector, pro tuo constituendo die primo, ex 24. horis Hippocrates neglexit. Vel igitur errasse Hippocratem dicere coactus eris, quod horam decubitus scitu maxime necessariam ad tuum constituendum diem criticum non docuerit, vel re vera non esse scitu necessariam; Sed diei tantum scientiam sufficere. & vere quidem ita sentiendum est. ego enim colligo ex hac Historia præter primum diem, cæteros omnes dies ab ortu Solis incipere, cum enim dicat *DECIMA mane*. indicat decimum diem mane incepisse, & si decima. etiam nona. etiam 7. 5. 3. & secunda; de prima autem non constat, rarissimi enim sunt morbi qui ad ortum Solis incipiant. tu autem lector, quid ex hac historia pro tua sententia didicisti? doce me. ego sum Philosocrates *hoc vnum scio, me nihil scire*. tu om-

Hippocratis diligentia.

ad lectorem.

tu omnia sapis. carta tua & Alecem.

SEXTA HISTORIA.

NEc valde dissimilis à præallata historia est illa lib. 3. Epid. sec. 3. Æg. 3. *In Thaso*, inquit Hipp., *Pythionem, ex laboribus, & lassitudinibus, & neglecta victus ratione rigor magnus, & febris acuta*. Hic aperte constat, Hippocratem non docuisse horam, qua accessit rigor, & febris. quare scitu necessariam non iudicauit; sed scire, in aliqua primi diei parte eam inuasisse, sufficit. certe si noctu inuasisset febris, non reticuit alias Hippocrates. & pergit.

Pythir.

SECVNDA die circa meridiem frigiditas, &c. *Nox quieta*, &c. *TERTIA die, quieta. Vesperi vero sub Solis occasum partis friguit, turbatio nocte dolorose, nihil dormiuit*, &c. *QVARTA mane quietus, circa vesperam omnia exacerbata sunt*, &c. *nocte quieta dormiuit*. *QVINTA visus est alleuiatus esse*, &c. *noctem laboriose tulit*. *SEXTA mane quietus. Vesperi dolores maiores*, &c. *nocte dormiuit*. *SEPTIMA die anxius*, &c. *noctu turbatio*, &c. *OCTAVA mane parum dormiuit*, &c. *Vesperi rursus excalefactus*

lesa ctus est. mente motus est. iam autem ad diem parum alleuatus est. NONA soporosus, anxius, quum excitaretur, non valde siticulosus. Circa Solis occasum moleste ferebat &c. noctem malam habuit. DECIMA mane voce destitutus, &c. *mortuus est*, &c. hic considero exactam Hippocratis diligentiam, docendo quid acciderit mane, quid circa meridiem, quid vesperi circa Solis occasum, quid noctu, & quid ad diem. immo adnotauit, *quarta mane, sexta mane, octaua mane, decima mane* per dies pares, & incipiendo dies *mane*. nec tamen apponere voluit horam decubitus. nec vnquam dixit. quod tu semper in ore habes. nempe hac hora V. G. desinit tertia, & sic de cæteris. Vnde, vt initio probare ex Hipp. spopondi, talis tua doctrina, seu abusus est apertissime contra Hippocratem, tu contrarium probato, si vir es, ego ade ro.

Hippocratis diligetia.

SEPTI-

Cap. 11. *Quod primus d*
numerari integer.
Cap. 12. *Quod secundus d*
tes ab ortu Solis incipia
Cap. 13. *An nox praced*
quens diei vniatur.

DE ABDI...

HIPPOCRATIS

ET GALENI

m
quo
cui
qui-
ra id
ne
ceſ
iuid
bi
m
mi

SEPTIMA HISTORIA.

CONsideratu maxime digna est alia Hippocratis Historia lib. 3. sect. 2. ægr. 4. quam hisce verbis descripsit. *in Thaso Philistes caput diu dolebat, & tandem veterno aliquantum arreptus decubuit. Ex potationibus autem continuis dolor exacerbatus est. Nocte incaluit primum PRIMA die vomuit biliosa, &c. noctem habuit molestam. SECVNDA die surditas, &c. parum insaniuit circa meridiem. TERTIAM diem molestam habuit. QVARTA conuulsiones, &c. QVINTA mane mortuus est.* Hic notandum primo duas noctes ab Hippocrate referri ante secundum diem: tum noctem ante primum diem, tum subsequentem ante secundum, vt fecit in Erasino, quo confirmatur diem primum morborum non debere constitui ex 24. horis: sed quandoque pluribus, vt in hoc ægrotante, & Sileno; quandoq; vero paucioribus, vt in Philisco supra allato, qui ægrotare cæpit ad meridiem; à qua spatium vsque ad occasum Solis. seu medietas diei, satis fuit pro primo die Artificiali constituendo: vel spatium à meridie vsq. ad ortum

Philistes

duæ noctes cum vno die.

vel

Solis sequentis diei, pro constituendo primo die Naturali.

Secundo notandum Hippocratem appofuisse horam mortis, *mane*: quæ nullius videtur vsus, non autem horam inuasionis, quæ videtur alicui necessaria ad incipiendum diem Medicum. Vnde tu lector, si sufficiens es, qui mea floccifacis, quando dices in hoc ægroto incipere secundũ, vel tertium diem? constat quidem noctu incæpisse morbum; sed si tu ignoraueris noctis horam, quo pacto constitues primam horam tui primi diei ex 24. horis confecti? Equidem censeo Hippocratem data opera id reticuisse, quia nullius erat vsus, & ne quis imaginaretur esse rem scitu necessariam. pro certo autem habebat diuinus Senex omnes dies à Medicis esse considerandos ab ortu Solis more Babilonico, & Persarum. præter primum diem, qui constituitur ex parte primi diei, & adeo clare Hippocrates seiunxit dies à noctibus, vt quandoq; per se noctes considerauerit, scribendo primam, secundam, & tertiam noctem, vt in Tychone. 5. Epid numero 34. & iterum lib. 7. paulo ante finem, cuius Historiam ob id referemus.

hora mortis.

ad lectorem.

SEPTIMA HISTORIA.

CONsideratu maxime digna est alia Hippocratis Historia lib. 3. sect. 2. ægr. 4. quam hisce verbis descripsit. *in Thaso Philistes caput diu dolebat, & tandem veterno aliquantum arreptus decubuit: Ex potationibus autem continuis dolor exacerbatus est. Nocte incaluit primum PRIMA die vomuit biliosa, &c. noctem habuit molestam. SECVNDA die surditas, &c. parum insaniuit circa meridiem. TERTIAM diem molestam habuit. QVARTA conuulsiones, &c. QVINTA mane mortuus est.* Hic notandum primo duas noctes ab Hippocrate referri ante secundum diem: tum noctem ante primum diem, tum subsequentem ante secundum, vt fecit in Erasino, quo confirmatur diem primum morborum non debere constitui ex 24. horis. sed quandoque pluribus, vt in hoc ægrotante, & Sileno; quandoq; vero paucioribus, vt in Philisco supra allato, qui ægrotare cæpit ad meridiem; à qua spatium vsque ad occasum Solis. seu medietas diei, satis fuit pro primo die Artificiali constituendo: vel spatium à meridie vsq. ad ortum

Philistes

duæ noctes cum vno die.

vel

Solis sequentis diei, pro constituendo primo die Naturali.

Secundo notandum Hippocratem appofuisse horam mortis, *mane*: quæ nullius videtur vsus, non autem horam inuasionis, quæ videtur alicui necessaria ad incipiendum diem Medicum. Vnde tu lector, si sufficiens es, qui mea floccifacis, quando dices in hoc ægroto incipere secundũ, vel tertium diem? constat quidem noctu incæpisse morbum; sed si tu ignoraueris noctis horam, quo pacto constitues primam horam tui primi diei ex 24. horis confecti? Equidem censeo Hippocratem data opera id reticuisse, quia nullius erat vsus, & ne quis imaginaretur esse rem scitu necessariam. pro certo autem habebat diuinus Senex omnes dies à Medicis esse considerandos ab ortu Solis more Babilonico, & Persarum. præter primum diem, qui constituitur ex parte primi diei, & adeo clare Hippocrates seiunxit dies à noctibus, vt quandoq; per se noctes considerauerit, scribendo primam, secundam, & tertiam noctem, vt in Tychone. 5. Epid numero 34. & iterum lib. 7. paulo ante finem, cuius Historiam ob id referemus.

hora mortis.

ad lectorem.

SEPTIMA HISTORIA.

Consideratu maxime digna est alia Hippocratis Historia lib. 3. sect, 2. ægr. 4. quam hisce verbis descripsit. *in Thaso Philistes caput diu dolebat, & tandem veterno aliquantum arreptus decubuit: Ex potationibus autem continuis dolor exacerbatus est. Nocte incaluit primum PRIMA die vomuit biliosa, &c. noctem habuit molestam. SECVNDA die surditas, &c. parum insaniuit circa meridiem. TERTIAM diem molestam habuit. QVARTA conuulsiones, &c. QVINTA mane mortuus est.*

Philistes

Hic notandum primo duas noctes ab Hippocrate referri ante secundum diem: tum noctem ante primum diem, tum subsequentem ante secundum, vt fecit in Erasino, quo confirmatur diem primum morborum non debere constitui ex 24. horis: sed quandoque pluribus, vt in hoc ægrotante, & Sileno; quandoq; vero paucioribus, vt in Philisco supra allato, qui ægrotare cæpit ad meridiem; à qua spatium vsque ad occasum Solis. seu medietas diei, satis fuit pro primo die Artificiali constituendo: vel spatium à meridie vsq. ad ortum

duæ noctes cum vno die.

vel

Solis sequentis diei, pro constituendo primo die Naturali.

Secundo notandum Hippocratem appoſuiſſe horam mortis, *mane*: quæ nullius videtur vſus, non autem horam inuaſionis, quæ videtur alicui neceſſaria ad incipiendum diem Medicum. Vnde tu lector, ſi ſufficiens es, qui mea floccifacis, quando dices in hoc ægroto incipere ſecundũ, vel tertium diem? conſtat quidem noctu incæpiſſe morbum; ſed ſi tu ignoraueris noctis horam, quo pacto conſtitues primam horam tui primi diei ex 24. horis confecti? Equidem cenſeo Hippocratem data opera id reticuiſſe, quia nullius erat vſus, & ne quis imaginaretur eſſe rem ſcitu neceſſariam. pro certo autem habebat diuinus Senex omnes dies à Medicis eſſe conſiderandos ab ortu Solis more Babilonico, & Perſarum. præter primum diem, qui conſtituitur ex parte primi diei, & adeo clare Hippocrates ſeiunxit dies à noctibus, vt quandoq; per ſe noctes conſiderauerit, ſcribendo primam, ſecundam, & tertiam noctem, vt in Tychone. 5. Epid numero 34. & iterum lib. 7. paulo ante finem, cuius Hiſtoriam ob id referemus.

hora mortis.

ad lectorem.

SEPTIMA HISTORIA.

CONsideratu maxime digna est alia Hippocratis Historia lib. 3. sect, 2. ægr. 4. quam hisce verbis descripsit. *in Thaso Philistes caput diu dolebat, & tandem veterno aliquantum arreptus decubuit: Ex potationibus autem continuis dolor exacerbatus est. Nocte incaluit primum PRIMA die vomuit biliosa, &c. noctem habuit molestam. SECVNDA die surditas, &c. parum insaniuit circa meridiem. TERTIAM diem molestam habuit. QVARTA conuulsiones, &c. QVINTA mane mortuus est.* Hic notandum primo duas noctes ab Hippocrate referri ante secundum diem: tum noctem ante primum diem, tum subsequentem ante secundum, vt fecit in Erasino, quo confirmatur diem primum morborum non debere constitui ex 24. horis. sed quandoque pluribus, vt in hoc ægrotante, & Sileno; quandoq; vero paucioribus, vt in Philisco supra allato, qui ægrotare cæpit ad meridiem; à qua spatium vsque ad occasum Solis. seu medietas diei, satis fuit pro primo die Artificiali constituendo: vel spatium à meridie vsq. ad ortum

Philistes

duæ noctes cum vno die.

vel

Solis sequentis diei, pro constituendo primo die Naturali.

Secundo notandum Hippocratem appofuisse horam mortis, *mane*: quæ nullius videtur vsus, non autem horam inuasionis, quæ videtur alicui necessaria ad incipiendum diem Medicum. Vnde tu lector, si sufficiens es, qui mea flocci facis, quando dices in hoc ægroto incipere secundũ, vel tertium diem? constat quidem noctu incæpisse morbum; sed si tu ignoraueris noctis horam, quo pacto constitues primam horam tui primi diei ex 24. horis confecti? Equidem censeo Hippocratem data opera id reticuisse, quia nullius erat vsus, & ne quis imaginaretur esse rem scitu necessariam. pro certo autem habebat diuinus Senex omnes dies à Medicis esse considerandos ab ortu Solis more Babilonico, & Persarum. præter primum diem, qui constituitur ex parte primi diei, & adeo clare Hippocrates seiunxit dies à noctibus, vt quandoq; per se noctes considerauerit, scribendo primam, secundam, & tertiam noctem, vt in Tychone. 5. Epid numero 34. & iterum lib. 7. paulo ante finem, cuius Historiam ob id referemus.

hora mortis.

ad lectorem.

OCTAVA HISTORIA.

Tychon

TYchon, inquit Hipp. *in obsidione circa Datum à catapulta percussus*, &c. fortasse mane in pugna fuit percussus, & fortasse meridie in pugna fuit percussus. *Vesperi infusum per clysterem. Noctem PRIMAM transegit molestè, statim verò vbi dies illuxisset*, &c. *SEQVENTI, nocte molestè habens*, &c. *tertio exoriente die conuellebatur, & tunc mortuus est*.

Hic videtur Hippocrates pluris facere noctes, quam dies. mane autem fortasse fuit percussus, quia eadem hora obijt. sed quia vesperi clystere fuit adhibitum, & in primo die ex Hipp. & non adnotauit horam ictus; sed horam mortis, quilibet iudicare poterit eam tamquam non necessariam ab Hippoc. fuisse relictam. nam si forte fortuna ad meridiem fuisset ictus, ex tuo abusu, non obijsset in tertio Medicinali, quia ex tua sẽtentia debuisset incipere ad Meridiem, quo vsque perdurasset secundus, & ita in fine secundi obijsset. quare colligendum ex hac historia diem primum non esse necessario 24. horarum, quia Tycon potuit

hora ict⁹ non adnotata.

esse

esse, sctus in aurora, ad Meridiem, ad nonam, & semper fuisset illa pars diei, pro toto die. sed transeamus ad aliam Historiam.

NONA HISTORIA.

QVidam post cœnam, inquit Hipp. 1. 7. Epid. num. 42. in somno horruit. MANE surrexit, &c. idest primo die: ad noctem remisit usq; ad MERIDIEM: idest secundi diei: leniter horruit: Rursus noctem graviter tulit. SEQVENTI die. idest tertio, febris acuta, &c. somnus ad noctem. MANE. sed quarto. perfrigerabatur, &c. Ad noctem vigil. circa FORI TEMPVS. idest quinto cum summo mane res venales in foro exponuntur. ita 5. Epid. num. 33. dixerat de Nicolai filio. tertia die cum concio fori adhuc plena esset. sed quicquid sit forum. ita pergit Hipp. exacerbabatur febris, &c. Circa Solis occasum cessarunt omnia, &c. Noctē moderate habebat: itemq; SEQVENTEM diem. idest sextum. ad noctē rursus vigil. Vomitus MANE similiter. idest septimo. & SEQVENTI die, &c. idest octauo. Ad vesperam omnia remiserunt.

NONA non amplius vomuit, &c. *Circa DECIMAM*, *& postea*, &c. Hanc Historiam explicare difficillimum Valesio visum fuit, ideo reliquit. Nos in hac historia, Hippocratis miram diligentiam commendabimus primo, in partibus dierum referendis. secundo noctem à die separare discemus. tertio cum Hippocrate statuemus dies ab ortu Solis esse numerandos, non autem ab hora inuasionis, vt in hoc ægrotante, qui licet noctu ægrotare inceperit, tamen Hippocrates mane inchoat dies. Et ex his allatis Hippocratis historijs, & ex reliquis ab eo conscriptis cuiq; clarissime patet, raro Hippocratem adnotasse horam primi diei incipientis. & si quando tamen eam docet, nunquam tamen postea consimilem horam secundi diei initium refert. sed perpetuo secundum diem ab ortu Solis initiat, nec tu vnquam aliter, lector attente, obseruare poteris. vnde conare, vt ex tot historijs à Criticorum dierum Magistro allatis discas verum vsum, & deseras abusum circa primum diem considerandum, & mihi gratias habeto. sed scarabæo citius persuaserim.

mane inchoat dies.

DECIMA HISTORIA.

SEd vereor, ne vice versa dicas. Hippocrates 3. Epid. æg. xi. scripsit Vertente Cornaro. *In Thaso mulier morosa*, &c. *PRIMA die sub initium noctis*, &c. *Mane Conuulsiones*, &c. *SECVNDA per eadem*, &c. Ergo Hipp. hic incipit diem ab initio noctis, & primum diem vsq; ad secundum, & sic coniungit noctem cum die, & facit diem 24. horarum. etenim, ait, primam diem Medicinalem incepisse ab initio noctis, mane autem diei artificialis conuulsiones accessisse, nec à Cornaro dissẽsit Cruserus vertens. *Primo die circa initium noctis*. nec Caluus, qui scripsit. *Primo die per exordia nocte*, &c. *secundo per eadem*, &c. neque etiam Fæsius interpres. *Primo die appetente nocte*. vnde nulla est difficultas, quin primus dies numeretur ab initio noctis, & sic primus dies omnino erit ex 24. horis ab initio noctis computatis. *obiectio.*

Respondeo hanc Historiam pro me multum facere; ex hac enim colligam diem primum ex duabus noctibus constitui; nimirum ex antecedente, & subsequen- *Respõsio.*

sequente: dies enim naturalis, qui constat ex 24. horis, incipit ab ortu Solis, ad alterum vsq: ortum perducitur; non autem à solis occasu. nec allata Hippocratis versio est ad eius mentem. Dico igitur Hippocratem hic non loqui de diebus; sed de noctibus, vt in Tycone: vnde errarunt ij interpretes. Verum exactius vertit Mercurialis in Prælect.

Mercurialis versio.

Pisanis Historia 37. quę est hęc, scribens. *PRIMA inchoante nocte* & docet, quę noctu acta fuere. deinde subdit: *mane conuulsiones*, &c. ecce, quod primo die artificiali actum. ita etiam Valesius vertit *Primo sub initium noctis*. scripsit enim Hipp. τῇ πρώτῃ ἀρχομένης νυκτός, verba autem sonant. *primo incipientis noctis*. deinde subdit πρωΐ, seu *mane*. Sic etiam de Tycone scriptum fuit κατὰ νύκτα διήγαγε τὴν πρώτην δυσφόρως. quæ vertunt. *primam noctem implacide transegit*. Et ex sequentibus patet semper de

de noctibus historia.

noctibus loqui Hippocratem nam subdit. δευτέρῃ. *SECVNDA*, scilicet nocte: *eadem perseuerarunt*, & patet, quod de nocte loquatur, tum quia de nocte præcedente secundum diem nihil est loquutus: tum etiam quia in hac secunda nocte, quæ est tempus dormiendi scripsit.

non dormiuit. ergo loquebatur de nocte. & pergit Hipp. scribens. τρίτη. *tertia* scilicet nocte. *conuulsiones defecerunt*, &c. quæ tertia nox multum fuit initio perturbata; sed postea deuenit optima. Nam subdit Hipp. ἐς νύκτα δὲ ταύτην. *eadem nocte.* ideſt tertia nuper descripta nocte, *multum sudorem calidum per totum corpus exclusit, a febre libera, dormiuit. penitus resipuit, iudicata eſt.* Ecce noctu fuit facta Crisis, & tertia nocte.

Quod autem assero, ita etiam confirmatur. quia post tertiam noctem clarè descriptam, subdit Hipp. περὶ δὲ τὴν τρίτην ἡμέρην: *circa tertium diem*. ponens vocem *diem* ad distinctionem tertiæ noctis. vnde clara eſt. Hipp. doctrina. *Confirmatio.*

Sed quæret fortasse aliquis noster discipulus, cur Hippocrates dies enumerare solitus, consideret modo noctem primam, secundam, & tertiam? *quæsitũ.*

Respondeo, quia morbus incæpit noctu, exacerbabatur noctu, & iudicatus fuit noctu. in die autem mitescebat. nam mane post primam noctem conuulsiones accesserunt quidem; sed paulo post defecerunt, vt defecerunt etiam tertia nocte, alijs emergentibus symp- *Respõsio*

tomatibus, ideo noctes proposuit.

dies ab ortu Solis. Qua sic explicata Historia, nego Hippocratem incipere diem ab initio noctis; sed ab ortu Solis semper dies incipere aio: præter primum, qui non potest semper constare ex integro die. Vnde luce clarius est, interpretes illos in contrarium supra citatos, nempe Cornarum, Caluum, Cruserum, & Fœsium. grauiter errasse, quia addiderunt *diem*, qui adesse non debebat, nec enim in textu græco legitur ἡμέρι. sed simpliciter. τῇ πρώτῃ. *primo*, vt referantur ad noctem ea, quæ primo acta fuere.

Cõlusio. Concludamus ex Hippocrate constare, diem Medicum Hippocraticum incipere à Solis ortu, & desinere ad Solis occasum, quem etiam dicemus diem artificialem, & diem simplicem, & noctem contradistingui à diebus, ita vt possimus, non solum dicere primum, secundum, & tertium diem; verum etiam primam, secundam, & tertiam noctem more Hippocratico. Sed in iudicando, & considerando dies compositos, & Criticos 24. horarum miscendo cum diebus noctes. ratione motus naturalis primi mobilis 24. horarum. cum ipso primo mobili dies ab ortu Solis incipiemus

mus, vsq; ad alium ortum. Quod si noctu inceperit Morbus, licet nox ad præcedentem diem pertineat, tamen in hoc casu adhæret subsequenti. & ita primus dies sibi vsurpabit duas noctes, præcedentem, & subsequentem, quæ sua est. prima enim nox cum per se subsistere nequeat (priuatio enim luminis est) nec diei, qui transiuit ad hærescere, cogitur sequenti coniungi. Et sic omnes dies erunt 24. horarum, vt bene dixit Galenus, excepto tamen primo, qui incipit ab hora inuasionis morbi, siue sit mane, siue meridie, siue per aliquot horas ante Solis occasum, & perdurat vsq: ad exortum Solis sequentis. at in die simplici, & artificiali perdurat ad occasum Solis vsq: *nox prima cum die sequenti.*

Et hæc est, lector mi, genuina Hippocratis doctrina, ex eiusmet verbis eruta, quæ in Historijs tum allatis, tum non allatis, clare exarata est. Nec est ex alicuius minime Hippocratis studiosi, & qui Magistri criticorum dierum ignorauit doctrinam, ineptis libris collecta. Vnde optimus Martianus optimam ex Hippocrate collegit doctrinam, nobisq: benigne communicauit; sed Margaritas Porci spernunt, cæno oble- *Ad lectorem.* *Martiani laudes.*

ctantur. Certum profecto est Criticorum dierum doctrinam,non nisi ex Hippocratis claro fonte esse expiscandam, vt fecit Galenus. qui primo de Crisibus c. 9. fatetur horum omnium ducem esse Hippocratem. Tu vero lector, qui aliter de primo critico die sentis. affer- *ad lectorem.* to in medium dicta Hippocratis pro tua sententia, aliàs de te triumphabo. quicunq: enim aliter scripserunt aberrarunt: Nam Hippocratem non intellexerunt à Martiano perfectissime intellectum, & explicatum.sed auxilio Hippoc. nos iam Triumphã-tes; quæramus modo Galeni regnum.

(†)

GALE-

GALENI RATIO
dies criticos numerandi.
Cap. 8.

TV, quisquis es, qui, te malle cum Galeno errare, quam cum alijs bene sentire, dixisti, verum dixisti, dum *te velle errare* dixisti. errorem autem tuum mox ego patefaciam; sed sine errore Galeni, quem non intellexisti. esto postea pertinax, vt libuerit. Consideremus igitur Galeni sententiam, an recte tu eam perceperis, & an tu melius Galenum, quam Martianus Hippocratem perceperit. fas igitur erit Historias à Galeno relatas in medium producere, vt ipsius morem dies enumerandi discamus. *adlectorem.*

HISTORIA PRIMA.

GAlenus, (quo duce nunc tecum pugnabo lector) lib. 8. Meth. med. c. 6. de quodam, qui in Cœna aliena nimis se impleuerat, ait. *Omnia ea vomuit, & per noctem quidem febricitauit, dormiuit autem in magnam partem sequentis diei. Postea surgens, &* iit

pan-

paululum inambulans, lauit, risitque eum, qui sibi diatriton manendum suaserat. Si Galenus per sequentem diem intellexit primum diem solarem, ecce distinguit eum cum Hippocrate à nocte. Nam si noctu febricitauit, sequens dies non incipit ab hora febris: (esset idem dies) sed ab ortu Solis. Nec dici potest dormisse totum primum diem, noctem sequentem, & partem magnam sequentis diei. idest secundi, quia dormiuisset vltra 36. horas, quod est absurdum. ergo surrexit primo die; licet mane ad multam diem bene dormisset. adde quod, cum secũdum Methodicos triduo ieiunare debuisset. subdit Galenus, *oportuisset etiam biduo inediam siccum, & sordium plenum tollerare*. Si ergo ex triduo biduum effugit, primo die surrexit, lauit, &c. quod magis elucescit quia pergens Galenus ait. *Vt autem (res ipsa monebat, & ipse sua sponte faciebat) lotus, & modice cibatus, post somno deditus, eoq; inoffense fruens, mane surrexisset ad consuetaq; rediјsset etiam in ipsa diatrito*, &c. quo patet, licet feb. noctu accesserit, non tamen ab ea hora diem incipere Galenum. sed dixit *sequẽtis diei*, ac si dies sequens noctem fuerit

dies primus ab ortu Solis.

rit primus dies. nec nox illa comprehenderetur in die. secundo autem die *mane surrexit*. Tu vero, lector, numquam ex hac historia colliges tuum primum diem a febre nocturna ad horas illas 24. *ad lectorem.*

HISTORIA SECVNDA.

ALteram Galeni Historiam desumemus ex lib. 9. meth. c. 4. vbi ita primo præfatur. *In exemplis exercitari quidem discentes maxime expedit. neq; enim satisfaciunt ad exactam cognitionem vniuersales Methodi. Sunt autem exemplorum ea pro potioribus habenda, quæ ipsi oculis vsurpauimus.* nunc adesto, lector, toto cerebro, quia ab exemplis Galeni debemus dies criticos enumerandi modum discere: & videamus, an hucusq; eius perceperis mentem, & eo maxime; quod, quasi diligentior Hippocrate etiam horas dierum, & noctium adnotauit. sed recordare, lector, eorum, quæ supra de horis dixi. nempe Galenum Romano antiquo more, Dies in 12. horas, itidem Noctes in 12. horas secasse, & eas quidem æquales in æquinoctijs. inæquales autem seu maiores, *ad lectorem.*

iores, & minores reliquo tempore. quo suppofito accedamus ad verba Galeni.

Historia Galeni. *Ergo*, inquit, *qui Paleſtra peritus erat iuuenis, vbi febricitare hora prima noctis cepiſſet. Poſtridie.* ideſt primo die. *eum MANE circiter diei horam tertiam vidimus*, &c. *Cum autem veſperi ſimilem vigorem tueri febris eſt viſa*, &c. *ac cum parem magnitudinem per totam noctem febris ſeruaret. POSTERO die.* ideſt ſecundo. *viſum eſt Medicis*, &c. *febris per totum eum diem euidenter viſa eſt vigorem ſuum augere. Mox tertia ſubſequente nocte*, &c. *hora noctis circiter octaua mittit ad me*, &c. *Poſt duas à ſanguinis miſſione horas diſceſſi*, &c. *QVINTA verò hora reuerſus*, &c. intelligitur tertij diei, non autē noctis. *Reuerſus autem, & decima rurſus hora*, &c. ideſt eiuſdem diei tertij. *Redeo hora prima noctis*, quartæ, *ſolo ptiſanæ cremore ipſum nutriui, & abij. cuius modum. POSTERO die.* ideſt quarto. *augens TERTIO lauatum dimiſi.* deberet dicere Quinto. non tertio.

Hæc eſt Epitome Galeni hiſtoriæ, ex qua nunquam lector percipies tuos dies criticos 24. horarum ab hora prima inſultus febris, quæ inuaſit Veſpere, ſeu

hora

hora prima noctis (quod idem est ex Galeno hoc loco dicente postea *febrem vespere occupasse*.) immo contrarium : nam licet febris hora prima noctis inchoasset, & per te tunc primus inciperet dies Medicinalis , tamen Galenus transacta nocte dixit *postridie*. indicans diem sequentem . & incæpit diem ab ortu Solis cum Hippocrate, & sic repetit. *Postero die*. mane incipiens diem, non autem à prima hora noctis, & dicens *tertia nocte* exclusit diem ;

Crisis nō ab hora prima.

Sed adesto lector paucis te volo, tu qui Martianum non intelligere Hippocratem effatus es. quiq. vis cum Galeno errare . errabis ne in eius explicatione? experiar te . Quæro igitur ex te, Si licet, postremorum Galeni verborum explicationem . attende . ait Galenus se hora prima noctis redijsse , quæ erat quarta nocte, & postridie huius noctis erat dies quartus . & post hunc subsequens erit quintus . explica cur dixit *tertio lauatum dimisi*? non potest intelligi dies tertius à morbo : quia eo die toto dormiuit, & sudauit, vt refert ipse Galenus . ergo alia ratione numerauit, vel à sanguinis missione, vel à somno, à sudore, vel à ptisanæ exhibitione, vel

ad lectorem.

quæsitū.

ab alio.

ab alio. sed quid est hoc tanti momenti, quod possit dierum peruertere ordinem? age lector mi, dic aliquod, vt homines, si vbi es, sunt homines, te virum agnoscant, non vocem tantum.

HISTORIA TERTIA.

ex 9. meth.c. 4. Altera etiam historia ex Galeno ibidem referri poterit. de altero iuuene. *Capit*, inquit, *nocte febricitare, totum etiam continuans sequentem diem. Hunc nos post SECVNDAM noctem vidimus*, &c. noctiuagus erat Galenus, qui semper nocte visitabat ægrotos. *cum summo mane superuenissem*, &c. idest tertio die. *rursus hominem meridie vidi*, &c. *QVARTA vero exacta nocte, manifeste minor etiam, quarto die erat. Quo rursus quoque ad eundem modum homine cibato, aduertimus, tum illo die toto, tum, quæ hunc sequuta est QVINTA nocte magnitudinem remittere, sic vt quinto die liquido planè appareret minor esse febris*, quam *ante*. Hac Historia Galenus imitatur Hippocratem, qui noctes à diebus distinctas numerat. *noctium enumeratio.* Verum non facit dies 24. horarum; sed 12. vt & noctes. Et licet noctu cæperit febris,

febris, sperat tamen *septimo die* finiendam. nec dixit septima nocte.

At obseruato, bellule lector, si noctu cæpit febricitare, per te noctu incipiet dies criticus, & prima nox erit principium primi diei, & quarta nox quarti diei. responde nunc lepide lector, cur dixit Hipp. *quarta nocte, quarto die*, tum etiam *quinta nocte, quinto die*? nonne per te dies incipit à nocte? discipulus meus in aurē insusurrauit, te respondere posse Galenum hic non loqui de diebus suis criticis: sed de diebus ciuilibus cū plebe. estò, subterfugisti responsum. sed quo Galeni exemplo nos docebit Galenus (qui suis exemplis nos inniti voluit) suos dies criticos? afferto tu lector, qui melius Martiano te iactas Galenum intelligere. sed ne nugeris! Porcum Troianum tibi apposui, habes, quod manduces.

ad lectorem.

responsio discipuli

HISTORIA QVARTA.

AFferri similiter posset alia historia, quæ exarata est. 10. meth. c. 3. eius, qui decubuit *hora fermè diei vndecima. quod cum fecisset, & nocte tota febre diuexatus vigilasset. POSTRIDIE quoque quieuit vsq: ad meridiem, sperans se somni aliquid consecuturum. Quo tempore cum eum Medici quidam diatriton colentes, inuiserent, tum quidem homini satis magnam esse febrem aiebant, vesperi autem se illum reuisuros. Itaq: & vesperi cum redirent*, &c. *Quin etiã cum TERTIO die mane redirent, etiam tertiæ diei accessionem transmittendam censuerunt : erat autem (vt prius dictum est) suspecta hora illius diei vndecima. Ergo digressis illis, ipse accessi*, &c. *illi etiam QVARTO die tum mane, tum vesperi cibum dedi*, &c. *deinde QVINTO die*, &c. Hæc est mirabilis Historia, quæ mirum in modum Martiani sententiam roborat, Achilles est superans omnes partes aduersas. Eia age, lector. primo die febris inuasit hora Romana vndecima, quæ erit ad nostrum italicum horologium. hora 23. seu

decubitus diurnus.

Achillis exẽplũ.

seu hora vna ante Solis occasum. & nota lector, Galenus primum diem constituit ex hora vna diei, & tota nocte. ergo constabat 13. horis, non autem 24. & clarissima est Galeni sententia, quia, *Tertio mane* dicens, ostendit tertium mane inchoare. secundus autem, qui dicitur *Postridie*, seu posterus dies, inchoauit mane, non ad Meridiem, & Vesperum: & primus insultus cæpit per horam ante occasum Solis.

primus dies ex hora vna.

Quid dicis modo, lector? vici! porrige herbam Victori: & tu disce ex Galeno veram rationem enumerandi dies criticos. & gratias habeto Martiano Hippocratis, & Galeni acutissimo interpreti.

Victoria

Adsunt, & nonnullæ aliæ historiæ apud Galenum, sicut & libro de prænog. ad Posthumum, ex quibus profecto nihil colligi potest de dierum criticorum enumeratione, nec pro tua, nec pro mea sententia. quare ad Galeni Theoricam ascendamus, & imaginarios ægrotos.

aliæ historiæ.

HISTORIA QVINTA.

ratio inuestigãdi ideas febrium

CVm Galeni intentio esset docere modum inuestigandi ideas febrium, voluit quam maximè horarum rationem esse habendam, prout 2. de Crisibus. c. 9. *Hic mentem*, inquit, *adhibere oportet ad horas accessionum, vt aliquid de die tertio prænoscas*. Deinde historias plures refert febris complicatæ, in quibus diligentissime tum diei, tum noctis horas obseruat: non tamen ab hora primi insultus diem medicinalem 24. horarum constituere videtur, & Exempli gratia: *Adolescens*, inquit, *qui circa Autumni finem, cum in prima die circa quintam horam cæpisset febricitare vnà cum rigore breui, deinde cum paulum sudasset multo vesperi, mox circa horam septimam noctis, prius quam exacte febris desisteret, febricitare rursus incæpit cum rigore breui. deinde paulum sudauit in SECVNDO die, ac circa decimam horam iterum similiter accessionem habuit, & statim similiter sudauit in nocte: Deinde TERTIA die hora secunda cæpit febricitare simul cum rigore antequam prioris diei declinatio in quietem desineret*, &c.

primus dies ab hora quĩta.

Et

Et hic quoq; apparet mira Galeni diligentia. & primò quidem constituisse primum diem ab hora quinta vsq: ad occasum Solis. & si voluerimus diem naturalem, vsq: ad ortum Solis ex 19. tantum horis, non autem ex 24. adeo autem clarè loquitur Galenus, vt nulla queat esse difficultas in hoc exemplo. Notandum amplius, non dixisse Galenum à quinta hora secundum, vel tertium diem incipere; sed cæteros dies ab ortu Solis inchoare apertissime constat. nam secundi diei accessio, quæ incæpit hora X. intelligitur incæpisse hora decima ab ortu Solis. non autem hora X. à tuo die Medico, qui inciperet hora etiam quinta, vt primo die. vnde talis hora X. incideret in horam XV. quæ esset tertia noctis. quod non valet. Sic de tertij diei hora secunda diceremus, vel adhuc esse in secundo die, quia per te tertius deberet incipere etiam hora quinta; sed si erat hora secunda, nondum cæperat tertius. vel si diceremus cepisse secunda hora tui diei incipientis hora quinta, accidisset hora septima ab ortu Solis, ita magna esset confusio, cum tamen Galenus semper clarissime loquatur.

Galeni diligētia

ab ortu Solis dies inchoat.

Sed mihi videtur etiam in hac Galeni historia insistendum, vt te penitus confundam. Ergo *febricitauit primo die circa quintam horam*. nec dicere potes Galenum paulo ante, seu cap. 2. docuisse se intelligere diem ex 24. horis, cum nocte iunctum: quia cum hic distincte loquatur de horis diei, & de horis noctis, quæ tempora antiqui semper in 12. horas inæquales partiebantur (erat autem finis autũni) non potest intelligi, nisi de tempore, quo Sol cernitur. Cæpit igitur febris hora quinta primi diei artificialis. At tertio die iterum febricitauit hora secunda diei similiter artificialis. Nunc adesto, lector, lege Galenum dixisse *diem tertium*. tu vero numera tuos dies criticos: primus cæpit hora quinta, secundus similiter, tertius eadem hora quinta. Sed febricitauit hora secunda nempe tribus horis, (vt etiam adnotauit in com. Fuchsius) antequam inciperet tuus tertius dies Medicus. ergo adhuc in fine secundi diei tui, non autem in tertio, vt dixit Galenus, hinc infero, vel errasse Galenum, vel te. primum non credo; sed secundum. Et ecce quomodo tu numeras, & quomodo numerauit Galenus. tu ergo videris

Ad lectorem.

Lector nõ intelligit Galenum.

non

non intelligere Galenum. At Martianus non modo Hippocratem; sed etiam Galenum exactè percepisse dicendus erit.

Mox eandem Historiam prosequens Galenus addit. *Tertij diei hora secunda inuasit. Ab hoc vero die deinceps obseruantes omnes inuenimus accessiones duabus, aut tribus horis anticipantes. Quare & illa, quæ prima proportione respondebat in circuitus successione, quinto die oriente Sole facta est; septimo vero multo celerius, veluti circa horam noctis nonam: deinde quæ post hanc, secundum eandem proportionem in hora noctis septima; & quæ secuta est, hora quarta: atque ab hinc rursus; quæ successit, quarta, & quæ post hanc quinta; deinde iterum sexta: deinde octaua hora, accessio à principio decima facta est.* Quid hic obseruabimus nos? primo Galenum non incipere dies ab hora primi insultus, s. hora quinta. Secundo. si quinta hora diei incipit tuus dies Medicus, non modo febris, quæ tertio die inuasit; sed etiam, quæ quinto die artificiali accessit oriente Sole, adhuc esset in tuo quarto medicinali die: nam accessit per quinque horas antequam inchoaret

eadem Historia

obseruanda.

inchoaret tuus dies, qui debet incipere hora quinta post ortum Solis, vti erat horologium eius ætatis, & sic omnes accessiones die impari ad par accessissent, & nullam recte suo loco referret Galenus; anne hora quarta noctis præcedentis diem XI. distat ab hora quinta eiusdem diei horis tredecim? quare alio modo numerauit Galenus dies criticos, ac tu lector perbelle.

absurdũ

HISTORIA SEXTA.

GAlenus primo de dieb. critic. 6. irridet Medicos, qui in prima hora morbi notanda sunt nimis morosi. vnde eam ipse non videtur tantifacere. ait enim. *Putet itaq; inuasisse hora decima, sit autem verum initium, quod non decima; sed nona hora contingerit; quid hoc ad dies decretorios? in hoc artis medica opera nimis, vti vides; pereunt, quod ægrotantium nonnullos hora vna latuit*. Vere dixit Amatus Lusitanus Medicum esse artificem sensatum, qui res in latitudine considerat, non autem in puncto. inde docet Galenus, diligentissimum Hippocratem obseruasse *iudicationes euenientes à primo die, quo febri-*

prima hora nimis curiosa.

primus dies numerãd⁹.

febricitauit homo. ergo non à prima hora. ecce quam clarè loquatur Galenus, & tu lector eum non intelligis? quomodo intelliges Hippocratem obscuriorem? satis esse dixit hic Galenus, adnotasse primum diem, quo febricitauit homo. horam autem exquisite adnotare esse abuti opera medica. tu modo intellige. ego sequar Hippocratem, qui adnotauit diem, non autem horam febris. Verum quando inuestigare libebit Typorum febrilium naturam. attentè horæ erunt notandæ. vt hac alia Historia fecit Galenus, quæ meam roborat sententiam.

Ponamus, inquit primo de dieb. Crit. c. 7. *ægrum, qui decima diei hora acuta febre conflictari incipiat*, &c. *esto febris continua, per triduum verò accessiones. TERTIO quidem die, hora vndecima. QVINTO noctis hora prima accessionem habeat*. quinti nox est subsequens. *SEPTIMO noctis*. sequentis. *hora tertia*, &c. *NONAE diei hora quinta*. noctis. *VNDECIMI septima*. hora noctis sequẽtis *fiet accessio. DECIMOTERTIO inuadat accessio hora octaua*, &c. noctis. *sudare in vigore febris decretorio modo in decimo quarto die incipit*. hæc est mirabilis histo- *Galeni historia.*

historia, lector mi, quæ dilucidat meam sententiam. Primo enim Galenus vocat diem primum illum, in quo febris cæpit hora x. quæ hora tempore æquinoctiali secundum italicum horologium esset 22. (nam dies antiquorum, vt dixi, in 12. horas diuidebatur) & superessent Solis duæ tantum horæ, vocat tamen diem primum. clarissimum indicium à Galeno partem diei pro die sumptam fuisse.

dies primus ex duabus horis.

Secundo, rogo te, vt tuo more computes tuum diem medicinalem, inde ostendas mihi, an 14. fuerit facta crisis. Nam inuenies primùm, septem fuisse accessiones. secundo, fuisse dies ciuiles 14. At per te; sicut primus dies cæpit hora x. Galenica, ita etiam 13. & 14. dies ab eadem hora x. incipere debebūt. vnde tu hora 22. nostri horologij diem medicinalem tuum ex 24. horis incipies, & ita vsq. ad horam vigesimam secundam decimi quarti diei artificialis perdurabit tuus dies decim' tertius. At febris ex Galeno cępit decimotertio die naturali noctis hora 8. & *toto die vniuersum corpus æqualiter insudet; dein ad Vesperam in totum febri leuetur.* ergo per te malus fuit sudor, & adhuc in

adlectorem.

sudor esset in 13.

13. quia

13. quia tuus dies 13. perdurabat vsq; ad horam decimam. & ante horam decimam toto die sudauerat æger. cum autem hora x. ingrederetur 14. tunc cessaret sudor. & hora prima noctis in totum febri leuatus esset, quod est clarissime contra Galenum, qui 14. incipit ab ortu Solis, & toto die vult ægrum sudare, & nocte incipiente penitus à febre esse liberum.

HISTORIA SEPTIMA.

Galenus propositam Historiam c. 7. libri primi de dieb. dec. prosequens cap. 8. alio modo eam disponit, & considerat. At ex ea intendit probare noctem sequentem cum anteriori die esse iungendam, ex quo etiam nobis constabit diem velle incipere ab ortu Solis. *fiat*, inquit, *accessio in septima nocte hora tertia*, vt iam supra c. 7. in eodem ægrotante supposuerat, *nocte iam finiente sudare incipiat. postea deinceps toto die octauo pulcre sudet, postremo febri leuetur ad vesperam. septimo tribuenda crisis*. & licet febris cæperit primo die hora decima; tamen octauum videtur vocare ab ortu Solis: septimam

nox sequës diei antecedenti iügëda.

timam autem noctem partem septimi diei transacti faciens, quod clarissimum est.

Quod si tuo more octauus dies medicinalis inciperet hora decima (seu 22. nostri horologij italici) octaui diei artificialis, sequeretur, quod cum incæpisset sudare nocte iam finiente, vsque ad 22. horam diei sequentis exudans, exudasset adhuc in tuo septimo medicinali die, non autem in octauo, vt ait Galenus. sed si tuo *toto die octauo sudet*, prorogaretur sudor à nocte finiente septimi per totum sequentem diem artificialem ad horam 22. & inde, vt dicatur *toto die octauo* exudasse, oporteret eum sudare totam noctem, & vsq: ad 22. diei noni artificialis horam, quousque pertingit tuus dies octauus, quod est absurdum, & contra Galeni mentem, qui per octauum diem intellexit ab ortu Solis incipientem.

absurdũ

Et hæc est vera Galeni sententia Exẽplis declarata, conformis Hippocrati, & ratione munita. quando autem dixit se per dies intelligere ex 24. horis constantes. vere dixit ad distinctionem dierum ex 23. horis, vel artificialium ex 12. horis: sed non ob id sequitur, cum

Galeni sentẽtia

tria

tria sint dierum genera, non posse primum diem accipi, nisi resarcitum ex aliquo die, vt omnino sit 24. horarum. quod autem lib. 3. de dieb. Criticis attulit. Astrologice id fecit, conatus aliquam rationem apparentem inuenire diei 20. critici, quæ tamen nec ipsi omnino satis fecit, vt dixi supra in calce cap. 3. In summa ad pauca respicientes sæpe errant. vt accidit ijs Medicis, qui considerantes tantummodo verba Galeni dicentis, se intelligere diem cum nocte spatium 24. horarum explentem, non autem diem 12. horarum. censuerũt dies criticos oẽs debere esse 24. horarum, & quia aliàs idem Gal. dixit considerandam esse primam horam morbi, ab ea hora volunt incipere dies criticos. sed debebant exacte considerare Historias Hippocratis, & Galeni. vnde crassiter errarunt. *error quarũdẽ*

MOS

MOS ALIORVM SCRIPTORVM enumerandi dies Criticos. Cap. 9.

Mirum profectò est plurimos auctores Medicos conscribere voluisse Historias Medicas, Consultationes, Curationes, Experimenta, Epistolas, Responsa, Apologias, & similia, & ægrotos ita inepte descripsisse, vt nec ab Hippocrate, nec a Galeno conscriptas historias imitatos fuisse, vel saltem leuiter considerasse, clarissime appareat; vnde nec morborum principium, nec dies criticos adposuerunt; sed tantummodo suas confusas curandi rationes, medicamentorumq: farraginem. perlegi equidem diligenter quotquot habui libros. nec quicq: ex tot volumnibus pro mea, vel contra meam sententiam eruere potui. videlicet Amati Lusitani centurias, Alexandri Alex: consilia. Antonij Cermisonis consilia. Pauli Renealmi obseruationes, Antiquorum Medicorum curationes à Zaccuto excerptas, C. Claudini consultationes. Fælicis Plateri, Salamonis Alberti, & aliorum consi-

Oscitantia scriptorum.

consilia apud Brendelium. Montani consilia. P. Poterij curationes, item M. Rullandi senioris centurias, iunioris autem Rullandi historias de lue Vngarica. Trincauellij, & aliorum consultationes. Ephiphanij Ferdinandi Historias, Guarinonij Consilia. Benedicti Victorij Fauentini, Mercurialis, Fernelij, & Massariæ consilia. Lelij à Fonte consilia, Zoroastri Tinelli consilia, Item Roderici à Fonseca; Bartolomei Montagnanæ, Solenandri, Io. Zecchij. & Vgonis senensis consilia, nec non etiam Bauerij, Capiuaccei consilia, Nicolai Massæ, Manardi, & Mattioli epistolas. Greg. Horstij obseruationes. Pet. Io. Fabri Curationes, Philippi Hechstetteri obseruationes, atq; etiã Georgij Fabritij, Cratonis consilia, &c. nullum ex his auctoribus legi more Hippocratico, vel Galenico Historias describentem, nullum ponentem primum diem morbi ab hora insultus ad 24. horas, nullum diligentem obseruatorem dierum criticorum in morbis. Quare sępissime miratus sum tot, tantorumq. virorum oscitantiam, qui horam inuasionis morbi scribere neglexerunt. sed pro ijs respondendum, rem inutilem iudicasse, quia *defensio.*

vltra 40. scriptores.

etiam

etiam Hippocrates raro adnotauit. sed neq: etiam vllum ex his tuæ fauentem opinioni,(lector viginti quatuor) reperire potui. Vnum tantum legi in suis historijs Hippocratem meo iudicio imitantē, & meo more dies primos ægritudinum assignantē, nempe Franciscum Rubeum Medicum Genuensem in suis nocturnis exercitationibus æditis Genuę apud Iosephum Pauonem. 1622. fortasse, & alij erunt, quos mea biblioteca desiderat.

ad lectorem. Tu vero, lector, percepisti ne hactenus, Hippocratis morem in enumerandis diebus criticis fuisse, secundum diem semper incipere ab ortu Solis? percepisti Galenum pro primo die cum Hippocrate partem diei sumpsisse? percepisti denique tot viros illustres, qui Historias medicas tradidere, neminem tuo modo considerasse dies criticos: sed primam horam insultus neglexisse, & tantummodo diem adnotasse? fatearis nunc fas est, nec errasse Martianum, nec tuo ore recte dictum fuisse, à Martiano Hippocratis mentem non fuisse perceptam. immo neque contra Galenum scripsisse, si cum Galeno sentit. Eia audi nunc me cum eodem Amico meo id

ipsum

ipſum rationibus demonſtrantem, quibus ſi reſpondere tibi placuerit. te libentiſſime audirem. ne autem recurras ad riſum, ad ſibilum. ad quæ recurrunt, qui obiectis reſpondere nequeunt. cum riſus inſaniæ ſignum ſit. ſed caue ne rideas γέλωτα σαρδάνιον.

Sententia
PROSPERI MARTIANI
Viri doctiſſimi. Cap. 10.

PRoſper Martianus Medicus vere Hippocraticus, quia omnia Hippocratis opera doctiſſimis ſuis adnotationibus illuſtrauit, iam pridem explicans genuinam Hippocratis ſententiam de diebus criticis. ſect. 4. libri de victu Acut. verſu 162. apud Marin. num. 46. quum dixiſſet Hipp. numerum imparem eſſe maxime verendum. ipſe in annotatione hæc ſcripſit. *Hunc autem numerum maxime vereri oportet, eo quod quæcunq; in eo mala contingunt, & certius, & grauius malum denotare ſolent, quam, quæ die pari. Cum igitur tanti exiſtimauerit Hippocrates, ea, quæ ad numerum parem, & imparem ſpectant, plurima ar-*

Proſperi Martiani laudes.

numerus par, & impar.

tis parte priuantur illi, qui dies singulos in morbis ab ea hora inchoantes, in qua æger primum laborare cœpit, nullam ferè diem habent, quæ simpliciter par sit, aut impar: Quia si quis V. G. in meridie à morbo corripiatur, diei pars ante meridiem impar erit, par vero post meridiem, & è contra, si ante meridiem par fuerit, reliqua pars impar erit, quare nec, quo die iuxta Hipp. decreta purgare expediat determinare poterũt, nec symptomatum superuenientium virtutem iudicare: Quare cum artis prognosticæ fundamento careant, non est mirum, si in prædicendis ijs, quæ ægrotantib: ventura sunt, rarò non falluntur: & hactenus mirabiliter, & verè Hippocraticè loquutus est Martianus. quomodo ad hæc tu *ad lectorem.* lector respondebis? doce quando, & vbi Hippocrates dixerit eundem diem solarem esse duplicem? sextum V. G. & septimum simul esse eodem die, ita vt prima medietas sit sexti, & reliqua septimi, doce an Hipp. incæperit diem secundum, tertium, &c. non ab ortu Solis? ego iam ostendi doctrinam Martiani esse doctrinam Hippocraticam. Basilica facinora sum loquutus. ea nunc per se patent ex ore Martiani.

Si dixeris (alio modo respondere nesciens) omnes ab Hippocrate relatos ægrotantes mane ægrotare cæpisse, ob id ab ortu Solis dierum enumerationem inchoasse Hippocratem. te Pueri quoq; irridebunt; tum quia experientia constat, admodum raro matutino tempore morbos initium sumere: tum etiam, quia noctu aliquos ægrotare incepisse referat Hipp. & tamen dies enumeret secundum, tertium, &c. mox ab oriente Sole, non autem ab hora noctis. tum denique, quia sequeretur etiam omnes ægrotos relatos ab auctoribus vltra 40. superiori capite à me citatis, qui primam horam ægritudinum non adscripsere, omnes, inquam, ab ortu Solis cæpisse ægrotare. *ineptū.*

In confirmationem supradictorum, tibi propono explicandum aphorismum 13. secundæ sectionis. qui talis est. *Quibuscunque iudicatio fit, bis nox grauis ante exacerbationem. Quæ verò sequitur plerumq; tolerabilior est*, vide an idem velit, an aliud. 6. Epid. sec. 2. *Quæcunq; tertianæ naturam habent, bis nox molesta ante exacerbationem, quæ verò sequitur tolerabilior plerumq; est*. Hic cupio à te lector scire, an eodem *Aphorism⁹ explicād⁹.*

modo sit molesta nox, si dies (tuo more numerando) cæperit ab ortu Solis, ac, si meridie, vel vesperi, vel etiam nocte sequenti? si enim nox V. G. fuerit in sexto, & dies septimus incæperit hora 23. anne eodem modo erit molesta nox, ac si incepisset hora 10. mensis Iunij, quando Sol oritur hora 8. horologij Italici?

instātia Dic, si seiuncti sunt dies sextus, & septimus. immo contrarij, cum septimum Principi. 6. Tyranno assimilauerit Gal. Quomodo nox in sexto potest indicare, quod futurum in septimo? sunt ne eiusdem rationis 6. & 7. an verò diuersæ? non primum: si diuersæ, non erunt ad vnum coordinati, cum sint contrarij dies. Præstabit dicere, mea sententia, noctem indicare, quod mox exoriente Sole sit euenturum, non autem, quod altera die somniata, & ficta, veluti incipiente hora 23. euadet. an

Solutio. quia noctu semper debiliora sunt corpora ob absentiam luminis Solis, hinc fluxiones potius fiunt noctu, quam diu. ob retentricis debilitatem. ob quam causam in statu debiliori, fit sensus alterationis futuræ die sequenti. vt enim animalia plura relata à Theophrasto libro

libro de signis pluuiarum. præsentiūt,& suis actionibus indicant pluuias futuras, non nisi ob debiliorem naturam, quæ sentit alterationem incipientem; ita noctu debilior natura præsentit alterationem, quæ in sequenti die futura est. sed quicquid sit hoc, ridiculum est dicere, eodem modo noctem fore molestam, si Crisis futura erit mane exoriente Sole, ac vesperi tendente ad occasum. *ridiculū*

Vltrò si dies tuus morbi (adsis lector) forte fortuna inciperet ad mediam noctem, quomodo explicares aphorismum? an quod media nox præcedens, alteram mediam noctem, pars nempe alterius diei antecedentis, sit molesta? an verò, quod postrema media nox pars sequentis diei sit molesta? vtrumq: profecto absurdum, & ridiculum: nam Hippocrates noctem à die clare distinguit. nec vnquam diem à media nocte numerare cæpisse constat; & tamen febris potest ad mediam noctem primum accedere. *absurdū*

Quod si ab illa prima media nocte, tu sequentes dies numeraueris, quo modo explicabis, *nox præcedens accessionem molesta?* forte tu, qui diem à media nocte incipis, à meridie tuam

modo sit molesta nox, si dies (tuo more numerando) cæperit ab ortu Solis, ac, si meridie, vel vesperi, vel etiam nocte sequenti? si enim nox V. G. fuerit in sexto, & dies septimus incæperit hora 23. anne eodem modo erit molesta nox, ac si incepisset hora 10. mensis Iunij, quando Sol oritur hora 8. horologij Italici?

instātia Dic, si seiuncti sunt dies sextus, & septimus. immo contrarij, cum septimum Principi. 6. Tyranno assimilauerit Gal. Quomodo nox in sexto potest indicare, quod futurum in septimo? sunt ne eiusdem rationis 6. & 7. an verò diuersæ? non primum: si diuersæ, non erunt ad vnum coordinati, cum sint contrarij dies. Præstabit dicere, mea sententia, noctem indicare, quod mox exoriente Sole sit euenturum, non autem, quod altera die somniata, & ficta, veluti incipiente hora 23. euadet. an

Solutio. quia noctu semper debiliora sunt corpora ob absentiam luminis Solis, hinc fluxiones potius fiunt noctu, quam diu. ob retentricis debilitatem. ob quam causam in statu debiliori, fit sensus alterationis futuræ die sequenti. vt enim animalia plura relata à Theophrasto

libro

libro de signis pluuiarum. præsentiũt,& suis actionibus indicant pluuias futuras, non nisi ob debiliorem naturam, quæ sentit alterationem incipientem; ita noctu debilior natura præsentit alterationem, quæ in sequenti die futura est. sed quicquid sit hoc, ridiculum est dicere, eodem modo noctem fore molestam, si Crisis futura erit mane exoriente Sole, ac vesperi tendente ad occasum. *ridiculũ*

Vltrò si dies tuus morbi (adsis lector) forte fortuna inciperet ad mediam noctem, quomodo explicares aphorismum? an quod media nox præcedens, alteram mediam noctem, pars nempe alterius diei antecedentis, sit molesta? an verò, quod postrema media nox pars sequentis diei sit molesta? vtrumq: profecto absurdum, & ridiculum: nam Hippocrates noctem à die clare distinguit, nec vnquam diem à media nocte numerare cæpisse constat; & tamen febris potest ad mediam noctem primum accedere. *absurdũ*

Quod si ab illa prima media nocte, tu sequentes dies numeraueris, quo modo explicabis, *nox præcedens accessionem molesta*? forte tu, qui diem à media nocte incipis, à meridie tnam

noctem incipies? ecce in quot absurda, lector mi, incidisti. conuertere igitur, & cum Hippocraticis sapito. iam enim ostendi Galenicum te non esse, quia Galenum non intellexisti.

ad lectorem.

secunda ratio Martiani.

Secundo dicebat Martianus doctissimus. *Si Hippocrates singulorum dierum enumerationem fieri voluisset, diem ab ea hora semper incboando, in qua incapit æger laborare, necesse et erat horam referre, in qua morbus à principio inuasit, cum ex hac tota computandi ratio originem habeat. Sed nullibi in recensendis ægrotantium historijs de hora inuasionis morbi mentionem fecit. Argumentum euidentissimum, id scire non esse necessarium: cum satis sit, non ignorare, an interdiu, an noctu, aut vesperi inceperit morbus, aut mane, aut meridie, eo quod dierum computatio fieri debet, non ab ea hora diem incboando, in qua inuasit morbus; sed eo tempore, in quo verè dies naturalis incipit. idq; ab eo obseruatum inuiolabiliter constat: quia in recensendis ijs, quæ ægrotantibus per singulos dies contigere, & matutinum tempus, & vespertinum sub eodem numero, quatenus vnica dies tantum, adnumerauit, non diei partem præcedentis finem, al-*

teram

teram verò subsequentis principium.

Agnosce modo, lector, an recte loquatur Martianus, vere Mars Medicus, vel potius Mercurius, seu Hermes; contra tuum prauum institutum criticos dies enumerandi: sed pergit Martianus. *Id videre est in Historia Philisci in Thaso lib.* 1. *Epid. num.* 1. *registrata. vbi inquit. Tertio mane vsque ad meridiem visus est à febre liber, ad vesperam febris acuta, &c. idem etiam obseruari potest in Vxoris Epicratis historia. nec non Dromeadis vxoris ibidem descriptis, similiter in enarratione morbi Phrenitici, de quo lib.* 3. *sec.* 3. *& serui in externa caupona. lib.* 4. *ver.* 126. *& adhuc clarius in historia Pithionis lib.* 3. *sec.* 3. *vers.* 34. *alijsq. multis, quæ in lib. Epidem. referuntur.* Hæc Martianus, tu vero, lector accurate, si has historias descripsisses, (loquar ad huc cum Martiano) certè quemlibet diem in duos diuisisses, priorem cum præcedenti die copulando, vespertinum vero tempus diei subsequentis initium faciens. quod certe ab Hippocrate factum nullibi inuenies. qui semper matutinum tempus, & vespertinum sub eodem numero collocauit, principium diei (vt dictum

Martianus doctissim⁹.

est) ab ortu Solis semper constituendo, & in occasu desinendo. Tu hæc bene notato, perpedito, & respondeto. ac doce me, si vales, ὄνος λύρας. an, & vbi Hippocrates docuerit horam primi diei, qua cæpit morbus, esse horam secundi diei incipientis. fortasse alter tibi est Hippocratis codex non excussus, alter Galeni.

Adlectorem.

pro Martiano responsio.

Quare quid sit respondendum pro Martiano ad ipsi obiecta, & falsas calumnias, quæ initio in præfactione attuli, iam constat. Martiani nempe sententiam non esse *falsissimam, & temerariam*; sed id vitium in dicentem reuerti maledicum. neq; esse purum *figmentum ab Hippocratis, & Galeni doctrina prorsus reijciendum*; cum iam ex dictis constet esse ipsissimam Veritatem, ipsam met Hippocratis, & Galeni mentem. quod autem dicis non egere reprobatione, quia contra Galenum loquitur. valde falleris: nam ipse Galenus sæpissime docuit, nec ipsi, nec Hippocrati esse credendum, dum sine ratione loquuntur. dic ingenue sodes? nesciebas quid pro Galeno responderes. ideo ad auctoritatē confugisti ὀυ πάντος ἄνδρός ἐς κορινθόν ἐσθ' ὁ πλοῦς? anne memoria excidit

illud

illud Aristotelis, rationes suffocare au-ctoritatẽ, experimenta rationibus præcellere? Sed adesto lector, qui errare cõsulto vis, cũ errat Galenus, audi Galenũ, qui te errãtẽ exẽplo sequi prohibet. nã 2. in 6. Epid. 25. quum dixisset Hipp. *nihil contẽnere, nihil temere*. Gal. superaddit. *Quemadmodum vero*, inquiens, *quod nihil despicere oporteat, prædictus sermo exemplum est, ita etiam, quod nihil temere, nihil inconsiderate affirmandum sit, vt ego ipse in oratione, quæ ante hanc est, & in alijs omnib; feci. Neq. id in* Hippocratis *solum scriptis; sed & alijs omnib. antiquorum libris obseruo, vt non temere, quæ quisq. ipsorum dixerit, approbem: sed experientia, & ratione, verum nè, an falsum sit, quod scripserunt, examinẽ. At, qui se vnius auctoris doctrinæ veluti seruos, aut libertinos addixerunt, simul ac ab eo scriptum aliquod inuenerunt, inconsiderate, ac temere credunt*. sed verba Sãctorij viri Celebris exarata par. 3. com. in Art. med. Gal. c. 94. part. 3. mihi nunc veniunt in mentem, dixit enim. *Credimus sanè, quod, qui omittunt sensum, & querunt rationem, habeant, vt dicit Arist.* 8. *phys. tex.* 22. *intellectum*

imbecil-

imbecillum; sed qui magis auctoritatibus, quam sensibus fidem adhibent, puto esse omnino insanos. & tu lector quando vides oriri diem? an alio tempore, quam quando oritur Sol? nimis dormiuisti. cæteri enim omnes mane cum oriente Sole oriri diem aspiciunt. Fuit quidem Galenus, & est, Medicinæ lumen, & numen. tamen aliquando lumen obscuratur. vt accidit in reddenda causa dierum Criticorum ex Astrologia, & confingendis diebus ex horis 23. circiter, quod non Martianus modo; sed etiam tot viri illustres, quos supra c. 3. numerawi, irriserunt. & tu obseruas ne diem illum 23. horarum, quem Martianus dicit, neq. ab Hippocrate Galenum didicisse, neq: ab experientia? non ne omnes fatentur, vt supra retuli, Galenum eum effinxisse, alia ratione nescientē Criticorum dierum causam assignare? Verum fateor in Martiani textu erratum esse. & non 24. sed 23. debere esse, quia loquebatur de die à Galeno assignato 3. de dieb. criticis. pro reddenda causa diei 20. vt cuiq: legenti clare constat. At quum dicis *eandem computandi rationem seruandam esse, quam Hippocrates, & Galenus adinuenerunt.* optime di-

de Galeno.

ad lectorem.

me dicis, laudo te, hortor te, vt id faciâs; sed tu eam hucusq; ignorasti. ò quam clare te docui horum auctorum legitimam doctrinam, debes multas mihi agere gratias, nimium Galeni lumen te obcœcauit, ecce tibi restituo visum. sed ne rependas nummos plumbeos. Nec dicam ego te falso accusasse Martianum, quod, nec bene intellexerit, nec explicauerit Hippocratem, quia alij id tibi obijcient, tu fateberis inuitꝰ, & erubesces. & satis pro Martiano dictum, nunc ad alia pergamus.

QVOD

QVOD PRIMVS DIES non debeat numerari integer. Cap. II.

SAtis superque Hippocratis, & Galeni auctoritate demonstratum est, diem primum morborum non debere numerari integrum, quod confirmarunt doctissimi posteri inter quos sunt Marsilius Cagnatus, Prosper Martianus, & Ioannes Manelphus, id ipsum hoc capite rationibus plurimis confirmabo.

1. ratio ex sacro textu.

Primo quidem ex sacro textu, quia Saluatorem nostrum tertio die resurrexisse pro certo habeo, & credo. numera tu dies tuos completos ex 24. horis, decipieris. nam ex Diuis Mattheo, Marco, & Luca ad horam nonam diei Veneris emisit spiritum, resurrexit in aurora Dominici diei. ita ex Horologio italico paucas horas assumpsit Veneris primi diei. 24. horas Sabbati secundi diei. & horam vnam tertij diei Dominici. sic dicitur tertio die, seu tertio Sole resurrexisse. Non igitur Sancta Ecclesia assumit primum diem integrum, & constantem 24. horis; sed communi vsu lo-

que ndi

quendi vtitur, vt vulgus in locatione domus, in acceptione pecuniæ, &c. primum diem numerat tamq. integrum etiamsi aliquid actum fuerit meridie, vel vesperi. dummodo non occubuerit Sol. ita dicemus nos Hippocratem sumpsisse primum diem morbi secundum vulgarem vsum loquendi.

Lego autem apud D. Matthæũ c. 12. verba Saluatoris. *Sicut enim fuit Ionas in vẽtre Ceti tribus diebus, & tribus noctibus, sic erit filius hominis in corde terræ, trib⁹ diebus, & tribus noctibus.* Et Ionæ c. 2. legitur. *Et erat Ionas in vẽtre piscis tribus diebus, & tribus noctibus.* Dic, lector, isti tres dies sunt ficti, an reales ex 24. horis? profecto sunt cum noctibus. ergo ex 24. horis. numera nunc tu horas tuas post mortem Saluatoris. non reperies tres dies, & tres noctes. quid dices? aliquid mali? tace, & audito. ὄνος λύρας ἤκυς καὶ σάλπιγγος ὗς. tres debent esse dies, & dies naturales, qui comprehendunt suas noctes. sed sumendo partem diei naturalis, dicitur sumi pars illius diei conflati ex die, & nocte. ita primus dies non fuit quidem completus ex 24. horis. sed habuit partem diei naturalis, nempe horas 9. scilicet *S. Mattheus.*

tres

tres diei artificialis, & 6. noctis sequentis. nam à media nocte initiat suum diem S. Ecclesia, & ad eam finem facit, & sequitur morem Romanorum eius temporis, quo Christus obijt, & obseruant Horologium Hispanicum, & Gallicum, vt supra c. 2. præfatus sum, &c. secundus dies habuit 24. horas completas. nempe 6. horas primæ noctis. & 12. secundi diei Veneris. ac 6. secundæ noctis. Tertius dies habuit 6. horas tertiæ noctis, & initium diei. sic vere Saluator noster resurrexit tertio die, & tribus diebus, ac tribus noctibus sub terra mansit. sed incompletis. 1. & 3. pars enim sumitur pro toto, vt etiam Hippocrates sumebat. Qui Ecclesiæ vsus est realis, verus, vsitatus, & non sophisticus, vel singularis. quid contra dices lector? vis introducere alium dies numerandi morem? caue ne in maximum errorem incidas entia rationis proponendo.

Mos. S. Ecclesiæ

ad lectorem.

Secundo sic probo ex Hippoc. hoc prius supposito. idest de ijsdem diebus loqui Hippocratem in generatione fætus, ac in morborum prognosi; namq: etiam dies generationis foetus sunt critici, & iudiciales. habeo id asserentem Hippo-

Secũda ratio ex Hipp.

Hippocratem. lib. de sept. partu num. 6. *Conceptus*, inquit, *& abortus, & partus mulieribus in eo tempore, in quo etiam morbi, & sanitas, & mors omnib. hominibus fiunt, hac verò omnia partim secũdum annum significationem sui prabent*. Quo posito dico in conceptibus per dies Hippocratem sumpsisse. Dies à Sole illuminatos, seu spatium illud temporis, quo Sol terram illuminat, & apud Hippocratem coincidere, & idem esse, septem Soles, ac septem dies. patet, inquam, ex eodem met Hipp. lib. de alimento n. 9. *Ad figurationem Soles triginta quinque*. Ad motum septuaginta. Ad perfectionem ducenti, & decem Verba ipsius sunt ἐς τύπωσιν, λε΄; ἠέλιοι. ἐς κίνησιν, οσ΄. ἐς τελειότητα. σι΄. Ecce hic clarè *Soles* ἠέλιοι voce. non autem dies ἡμέρας. vt libro de Nat. pue. num. 10. & 14. vbi ait. *Articulatio contingit in fœmella in diebus quadraginta duobus, in masculo in triginta*. vbi semper scripsit ἡμέρῃσιν. Ergo (attende lector) si Soles per dies intelligit Hippocrates in conformatione fœtus. intelliget dies solares, spatium nempe illud, quo Sol terram illustrat. Sed eadem ratio est dierum criticorum in Morbis, ac in con-

Sol, & dies idẽ.

ceptu

ceptu. ergo in morbis possumus etiam cum Hipp. dicere 7. Sole, 14. Sole, &c.

condonatio. Verum ne sim tecum nimis rigidus. vel intelligatur dies pro illo tempore, quo Sol aspicitur, vel pro spatio 24. horarum æquinoctialium, nempe ab ortu Solis, vsq; ad alterius exortum. erit semper vnicus Sol, vel simplex, vel vnica cum nocte copulatus. Vnde absurdum erit dicere, (dixisti tamen) diuidi

absurdũ posse Solem. idest diem, vt vnicus Sol (idest vnica dies Sole illustrata) diuidi in duos Soles possit (dixisti duos dies) vt medietas ad meridiẽ vsq; V.G. possit dici sextus Sol, altera vero medietas septimus Sol. Ecce, lector mi, quod Hippocrates dies per Soles numerauit. ex quo patet vnicum diem constitui per vnicum Solem, & Sinonimicè dici Solem, & diem ab Hipp. (taceo poetas) vt supra c. 1. notaui. Et hinc sequitur, quod sicuti vnica dies non potest con-

vnica dies ex vnico Sole. stare ex duobus Solibus; (etiam longissima dies Iosue) ita neq; vnus Sol duas dies conflare poterit. (patet in Iosue, Sol consistens in Medio cæli vltra 24. horas, non effecit duos dies; sed vnum longissimum) Ergo si Sol diuidi nequit, neque dies in duos diuidi poterit.

terit. vnde absurda est tua sententia, absurdus enumerandi dies criticos abusus, quum ad meridiem vnum, à meridie alterum facis diem. Quod est contra Hippocratem, contra vsum communem, & contra rationem. nam tibi in meridie dicere liceret, tunc diescere, & finire noctem, auroram esse alterius diei. Sic mane communis diei erit per te hesterna dies, post meridiem crastina. item mane dicens hodie, post meridiem erit tibi cras. vice versa post meridiem dicens hodie, mane tibi fuit heri, Vide in quot absurda incidisti. *absurditas.*

Ergo, si omnes dies debent esse integri ex integro Sole. primus non poterit à secundo particulam, vt resarciatur, & vt integretur assumere, ne alij subsequẽtes in infinitum dimidientur, & secentur. Quod si nequit dies constitui ex duobus Solibus, sequitur necessario diem primum non posse resarciri, & redintegrari; sed debere remanere trisectum, quatrisectum, dimidiatum, vel decimatum, prout sors tulerit, vt in illo primo die Morbus incidat, hora 2. hora 3. hora 4. hora 6. vel alia diei hora. En lector, Patibulo damnatus alicubi triduo in sacello continetur: po- *dies non resarciuntur.* *dies dãnaterũ.*

nunt die Iouis ad meridiem, Veneris integro die, Sabbati ad meridiem suspendunt. non est integrum triduum, possent conqueri de diminuto triduano. vt compleatur. nam desinere deberet ad Meridiem Dominici diei: sed Vsus est appellare tres dies tales dierum partes, licet non sint integri dies. ita Medici vsum communem sequi debent, cũ Hip.

tertia ratio ex Hipp. Tertio idem, iterum ex Hipp. probare intendo. agesis lector attentus. lib. prog. num. 20. *Non potest autem*, inquit, *quicquam horum integris diebus exacte numerari. Neq. enim annus, & menses integris diebus numerari possunt.* quod clarius expressit. lib. de sept. partu initio dicens. *Septimestres autem nascuntur diebus* 182. *& dimidio, & insuper accedente diei particula. Si enim primi mensis dies XV. supputaueris, deinde quinque mensium*, &c. Ecce Hippocrates dimidiat dies contra tuum morem, qui vis semper integros ex 24. horis. at tu Soles dimidias (contra Hippocratem) vt tuum diem relarcias. considera, quod Hipp. assumit *diem dimidium*, & *diei particulam*, pariter *mensem dimidium*. & partem pro toto recipit. Vnde primi mensis medieta-

medietas dierum.

sem seu XV. dies pro vno, primo, & integro mense supputat. & mox. num. 2. subdit. *Et mea sententia pars etiam in vndecimo mense mensis est.* quid clarius? ne obstruas aures lector, hæc est, ipsa Hippocratis sententia, vt *pars mensis sit Mensis.* Ergo etiam *pars diei sit dies.* & pars Solis erit Sol. Vnde sicut Primus mensis in Vtero gerentibus, ita primus dies in ægrotantibus sumi poterit dimidiatus, ex Hippocratis sententia; non autem ex necessitate integer ex 24. horis, ab alio die mutuo acceptis deficientibus horis. Nam si primus à secundo, secundus à tertio, tertius à quarto, & sic deinceps, mutuo accipiunt horas, vt resarciantur dies 24. horarum, hæc in infinitum mutuatio, & infinita vsura, confusionis, & magnarum absurditatum mater est. Sic enim in vtero gerentibus primus Mensis non completus deberet redintegrari ex secundo, secundus ex tertio, &c. & ita deberent in partu addesse dies certi, & constituti, nullo deficiente ad 9. Mensium constitutionem. At Mulieres experientia edoctæ aliquot tantum primi mensis diebus contentæ sunt, pro primo mense, nec vnquam hunc integrum requirunt. & idem

infinitū absurdū

Mulieres sapientiores lectore.

item de die primo dicendum omnino est, cuius pars pro toto accipienda. non ne Galenus primo de crisibus c. 2. *Tempora morborum, inquit, non definiuntur dierum, vel horarum (vt quispiam existimauerit) numero.* Ergo ex Galeno, sicut primus mensis non definitur dierum numero, ita nec primus dies definietur *horarum numero*. etiam interim generationis horæ diei esset attendenda, vt integraretur dies suo modo, quod est rarum. Sicut igitur in Vteri gestatione primus mensis non requiritur integer, ita neque etiam vltimus, qui Criticus est. vnde Hipp. partem vndecimi vocat Mensem. pariter, vt in vltimo die Crisis non est necesse ad Crisim, vt transactis 24. horis illius diei fiat, sed sufficit, vt adsint aliquot horæ illius diei, & pars diei pro die sumitur. ita etiam in primo die satis est, vt aliquot sint horæ. Sufficiet pro coronide huius capitis in memoriam reducere, Galenum libri tertij de diebus decretorijs caput nonum, dicasse ad probandum tempora iudicatoria integris diebus nõ posse numerari. & subscribendo Hippocrati, lib. de Iudicationibus, & Prognosi. hæc nobis reliquisse. *Verum huiusmodi*

Galeni sententia

integer dies non sumit.

huiusmodi supputatio per integros dies nimirum fieri non potest: quippe cum nec annus, nec menses ipsi integris diebus numerari possint: Vt igitur annus ad trecentos sexaginta quinque dies particulam diei maiorem quarta, adiectam habet: ita mensis ad triginta dies absoluendos vnius dimidium desiderat, sic & septimana sexta maxime diei parte, vt septem integros habeat, indiget. &c, *Iam sanè ostendi secundum rerum veritatem, &* Hippocratis *sententiam, nullam horum supputationem per dies integros fieri posse, hoc est absolute, citraq: fracturam, neque septimanam, neq. quaternionem, neque mensem, neq: annum, neq: alium quemuis numerum.* quid dicis lector, abnegabis Galenum? an non intellexisti? intelligas ergo. dicit primum diem in Morbis, primum mensium in Vtero gerentibus, & in anno; primum quaternionem in septimana; & primam septimanam in mense non posse integra sumi. at secundum diem ex 24. horis constitui integrum, 2. quaternionem, & 2. mensem integrum.

ad lectorem.

Quarto dico cum Galeno 1. in 6. Epid. 15. *Diem toti anno respondere censet Hipp. vt Matutina tempori veri simile*

quarta ratio ex Galeno.

idem de die primo dicendum omnino est, cuius pars pro toto accipienda. non ne Galenus primo de crisibus c. 2. *Tempora morborum*, inquit, *non definiuntur dierum, vel horarum (vt quispiam existimauerit) numero*? Ergo ex Galeno, sicut primus mensis non definitur dierum numero, ita nec primus dies definietur *horarum numero*. etiam in vtero gerentibus horæ diei esset attendendæ, vt integraretur dies suo modo, quod est vanum. Sicut igitur in Vteri gestatione primus mensis non requiritur integer, ita neque etiam vltimus, qui Criticus est, vnde Hipp. partem vndecimi vocat Mensem. pariter, vt in vltimo die Crisis non est necesse ad Crisim, vt transactis 24. horis illius diei fiat, sed sufficit, vt adsint aliquot horæ illius diei, & pars diei pro die sumitur. ita etiam in primo die satis est, vt aliquot sint horæ. Sufficiet pro coronide huius capitis in memoriam reducere, Galenum, libri tertij de diebus decretorijs caput nonum, dicasse ad probandum tempora iudicatoria integris diebus nō posse numerari. & subscribendo Hippocrati, lib. de Iudicationibus, & Prognost. hæc nobis reliquisse. *Verum*

Galeni sententia

integros dies non sumi.

huiusmodi supputatio per integros dies nimirum fieri non potest: quippe cum nec annus, nec menses ipsi integris diebus numerari possint: Vt igitur annus ad trecentos sexaginta quinque dies particulam diei maiorem quarta, adiectam habet: ita mensis ad triginta dies absoluendos vnius dimidium desiderat: sic & septimana sexta maxime diei parte, vt septem integros habeat, indiget. &c. *Iam sanè ostendi secundum rerum veritatem, &* Hippocratis *sententiam, nullam horum supputationem per dies integros fieri posse, hoc est absolute, citraq: fracturam, neque septimanam, neq. quaternionem, neque mensem, neq: annum, neq: alium quemuis numerum*. quid dicis lector, abnegabis Galenum? an non intellexisti? intelligas ergo. dicit primum diem in Morbis, primum mensium in Vtero gerentibus, & in anno; primum quaternionem in septimana; & primam septimanam in mense non posse integra sumi. at secundum diem ex 24. horis constitui integrum, 2. quaternionem, & 2. mensem integrum. *ad lectorem.*

Quarto dico cum Galeno 1. in 6. Epid. t 15. *Diem toti anno respondere censet Hipp. vt Matutina tempori veri simile* *quarta ratio ex Galeno.*

idem de die primo dicendum omnino est, cuius pars pro toto accipienda. non ne Galenus primo de crisibus c. 2. *Tempora morborum*, inquit, *non definiuntur dierum, vel horarum (vt quispiam existimauerit) numero?* Ergo ex Galeno, sicut primus mensis non definitur dierum numero, ita nec primus dies definietur *horarum numero*. etiam in vtero gerentibus horæ diei esset attendendæ, vt integraretur dies tuo modo, quod est vanum. Sicut igitur in Vteri gestatione primus mensis non requiritur integer, ita neque etiam vltimus, qui Criticus est. vnde Hipp. partem vndecimi vocat Mensem. pariter, vt in vltimo die Crisis non est necesse ad Crisim, vt transactis 24. horis illius diei fiat, sed sufficit, vt adsint aliquot horæ illius diei, & pars diei pro die sumitur. ita etiam in primo die satis est, vt aliquot sint horæ. Sufficiet pro coronide huius capitis in memoriam reducere Galenum, libri tertij de diebus decretorijs caput nonum, dicasse ad probandum tempora iudicatoria integris diebus nõ posse numerari. & subscribendo Hippocrati, lib. de Iudicationibus, & Prognost. hæc nobis reliquisse. *Verum*

Galeni sententia

integros dies non sumi.

huiusmodi

huiusmodi supputatio per integros dies nimirum fieri non potest: quippe cum nec annus, nec menses ipsi integris diebus numerari possint. Vt igitur annus ad trecentos sexaginta quinque dies particulam diei maiorem quarta, adiectam habet: ita mensis ad triginta dies absoluendos vnius dimidium desiderat, sic & septimana sexta maxime diei parte, vt septem integros habeat, indiget. &c. *Iam sanè ostendi secundum rerum veritatem, &* Hippocratis *sententiam, nullam horum supputationem per dies integros fieri posse, hoc est absolute, citraq; fracturam, neque septimanam, neq. quaternionem, neque mensem, neq: annum, neq: alium quemuis numerum.* quid dicis lector, abnegabis Galenum? an non intellexisti? intelligas ergo. dicit primum diem in Morbis, primum mensium in Vtero gerentibus, & in anno; primum quaternionem in septimana; & primam septimanam in mense non posse integra sumi. at secundum diem ex 24. horis constitui integrum, 2. quaternionem, & 2. mensem integrum.

ad lectorem.

Quarto dico cum Galeno 1. in 6. Epid. 15. *Diem toti anno respondere censet Hipp. vt Matutino tempori ver, si-*

quarta ratio ex Galeno.

 mile

idem de die primo dicendum omnino est, cuius pars pro toto accipienda. non ne Galenus primo de crisibus c. 2. *Tempora morborum*, inquit, *non definiuntur dierum, vel horarum (vt quispiam existimauerit) numero?* Ergo ex Galeno, sicut primus mensis non definitur dierum numero, ita nec primus dies definietur *horarum numero*. etiam in vtero gerentibus horæ diei esset attendendæ, vt integraretur dies suo modo, quod est vanum. Sicut igitur in Vteri gestatione primus mensis non requiritur integer, ita neque etiam vltimus, qui Criticus est, vnde Hipp. partem vndecimi vocat Mensem. pariter, vt in vltimo die Crisis non est necesse ad Crisim, vt transactis 24. horis illius diei fiat, sed sufficit, vt adsint aliquot horæ illius diei, & pars diei pro die sumitur. ita etiam in primo die satis est, vt aliquot sint horæ. Sufficiet pro coronide huius capitis in memoriam reducere, Galenum, libri tertij de diebus decretorijs caput nonum, dicasse ad probandum tempora iudicatoria integris diebus nō posse numerari. & subscribendo Hippocrati, lib. de Iudicationibus. & Prognost. hæc nobis reliquisse. *Verum*

Galeni sentētia

integros dies non sumi.

huiusmodi

huiusmodi supputatio per integros dies nimirum fieri non potest: quippe cum nec annus, nec menses ipsi integris diebus numerari possint: Vt igitur annus ad trecentos sexaginta quinque dies particulam diei maiorem quarta, adiectam habet: ita mensis ad triginta dies absoluendos vnius dimidium desiderat, sic & septimana sexta maxime diei parte, vt septem integros habeat, indiget. &c. *Iam sane ostendi secundum rerum veritatem, & Hippocratis sententiam, nullam horum supputationem per dies integros fieri posse, hoc est absolute, citraq: fracturam, neque septimanam, neq. quaternionem, neque mensem, neq: annum, neq: alium quemuis numerum.* quid dicis lector, abnegabis Galenum? an non intellexisti? intelligas ergo. dicit primum diem in Morbis, primum mensium in Vtero gerentibus, & in anno; primum quaternionem in septimana; & primam septimanam in mense non posse integra sumi. at secundum diem ex 24. horis constitui integrum, 2. quaternionem, & 2. mensem integrum. *ad lectorem.*

Quarto dico cum Galeno 1. in 6. Epid. 15. *Diem toti anno respondere censet Hipp. vt Matutina tempori ver si-* *quarta ratio ex Galeno.*

idem de die primo dicendum omnino est, cuius pars pro toto accipienda. non ne Galenus primo de crisibus c. 2. *Tempora morborum*, inquit, *non definiuntur dierum, vel horarum (vt quispiam existimauerit) numero?* Ergo ex Galeno, sicut primus mensis non definitur dierum numero, ita nec primus dies definietur *horarum numero*. etiam in vtero gerentibus horæ diei esset attendendæ, vt integraretur dies tuo modo, quod est vanum. Sicut igitur in Vteri gestatione primus mensis non requiritur integer, ita neque etiam vltimus, qui Criticus est. vnde Hipp. partem vndecimi vocat Mensem. pariter, vt in vltimo die Crisis non est necesse ad Crisim, vt transactis 24. horis illius diei fiat, sed sufficit, vt adsint aliquot horæ illius diei, & pars diei pro die sumitur. ita etiam in primo die satis est, vt aliquot sint horæ. Sufficiet pro coronide huius capitis in memoriam reducere. Galenum, libri tertij de diebus decretorijs caput nonum, dicasse ad probandum tempora iudicatoria integris diebus nõ posse numerari. & subscribendo Hippocrati, lib. de Iudicationibus. & Prognost. hæc nobis reliquisse. *Verum* *huiusmodi*

Galeni sententia

integros dies non sumi.

huiusmodi supputatio per integros dies nimirum fieri non potest: quippe cum nec annus, nec menses ipsi integris diebus numerari possint: Vt igitur annus ad trecentos sexaginta quinque dies particulam diei maiorem quarta, adiectam habet: ita mensis ad triginta dies absoluendos vnius dimidium desiderat, sic & septimana sexta maxime diei parte, vt septem integros habeat, indiget. &c. *Iam sane ostendi secundum rerum veritatem, &* Hippocratis *sententiam, nullam horum supputationem per dies integros fieri posse, hoc est absolute, citraq; fracturam, neque septimanam, neq. quaternionem, neque mensem, neq: annum, neq: alium quemuis numerum.* quid dicis lector, abnegabis Galenum? an non intellexisti? intelligas ergo. dicit primum diem in Morbis, primum mensium in Vtero gerentibus, & in anno; primum quaternionem in septimana; & primam septimanam in mense non posse integra sumi. at secundum diem ex 24. horis constitui integrum, 2. quaternionem, & 2. mensem integrum. *ad lectorem.*

Quarto dico cum Galeno 1. in 6. Epid. 15. *Diem toti anno respondere censet Hipp. vt Matutina tempori ver simile* *quarta ratio ex Galeno.*

mile sit, Meridiei Æstas, Vesperi Autumnus, nocti Hyems: quam doctrinam confirmauit Oribasius lib. 9. collect. ex Antillo dicens: *Diem vna cum nocte modo intelligimus, eumq; anno similem esse pronunciamus: Matutinum enim tempus humidum, calidumq; est, Veri simile. Meridies autem Æstati comparatur; pars vero, quæ ad occasum pertinet, Autumno, Noctis vero pars prima, & quæ circa vesperam est, Hyemi similis est: Vltima noctis pars propterea, quod matutino tempori propinqua est, eiusdem cum eo temperamenti est*. Parum varia loquitur ex Galeno Aetius serm. 3. c. 162. *Sed & singulis diebus*, inquit, *differentiæ aeris sunt. Matutinum enim tempus humidum est, & calidum, velut Ver: qua propter etiam corpora tum sanorum, tum ægrotorum remittuntur, vt etiam febrientib: hoc tempus facile tolleretur: At medium diei æstati assimilatur, Crepusculum Autumno, vespera Hyemi*. Quibus positis, vide lector, in quot absurda incidisti. Si febris. V. G. primo inuaserit aliquem ad meridiem; dies tuus 24. horarum, & à meridie ad meridiem more astrologico ductus, habebit ne qualitates à prædictis auctori-

ad lectorem.

bus

bus illi assignatas? erit ne illi Ver à Meridie ad occasum, Æstas ab occasu ad mediam noctem, Autumnus a Media nocte ad ortum Solis, & hyems ab ortu Solis ad Meridiem? alteri vero, qui ad occasum Solis cæpit febricitare, erit ne Ver vsq. ad mediam noctem, æstas vsq. ad Ortum Solis, Autumnus ad meridiem & hyems ad Occasum Solis, & sic de ceteris? Confundisti Sodes totam Antiquorum doctrinam. assigna in tuo die, has diei qualitates, vel enim sequentur principium, progressum, statum, & finem tui diei, vt dixi. quod est absurdum, vel erunt diei secundum primi mobilis motum qualitates, stabiles, & firmæ, si hoc. quum hæ qualitates non possint adaptari tuo diei, eius actiones impedient, immò dies tuus diei qualitates non habens dies non erit; sed merum, & inutile figmentum, vt de facto est. *compa-ratio.* *initio.*

Quinto dico, Hippocratem, vt in Historijs ægrotantium, & in Vtero gerentibus, dies vulgo assumptos assumpsit, sic dies criticos. & quia vulgus in omnibus suis actionibus partem primi diei pro die assumit, ita etiam Hippocratem fecisse, vt V. G. numerandi sint vulgo dies lunæ in Calendario. licet *quinta ratio ex Hipp.*

Astrologi coniunctionem E. C. fieri velint hora 4. intelligentes post meridiem. tamen si fuerit ęquinoctium ponitur hora 22. eius diei. vt vulgus intelligat suum Horologium. & simul etiam ille primus dies mutilatus, & mancus, cum paucis horis dicitur primus dies Lunæ. nec ab alio die horas mutuo accipere dicitur.

obiectio. Dices. Hippocrates non adnotauit dies medicinales; sed dies vulgares, prout Historiæ conueniebat; sed hi erunt colligendi à Medico ex Historia.

Responsio ℞: si hoc esset, Hippocratem debuisse semper horam principiantis morbi adnotasse, vt talem diem Medicinalem considerare possemus; sed non adnotauit. ergo nō alios intellexit per criticos, quā vulgares: Sed Vulgares dies incipiūt ortu Solis. ergo, & Critici. & si alicui diei desunt aliquot horæ ab alio non resarcientur. quid respondes lector? *ὕλαν κραυγάζειν.* & Ventos rete venaris!

ad lectorem. Dices secundo. alius est dies naturalis, alius ciuilis, alius Medicus. ille secundum vsum Nationum incipit, alter ab ortu Solis, Medicus vero ab hora insultus Morbi. & quia ex Galeno debet esse 24. horarum, secundus debet

incipere,

incipere, qua hora incepit primus ℞. & quæro, iste dies Medicus est nè à Ioue, & lege statutus, vel à medicis sōniatus, vel experientia obseruatus. primos duos modos irridemus; si vero experientia. certe Hipp. primus dierum criticorum doctor non videtur eo modo obseruasse, & sic obseruatas Historias nobis tradidisse. quis ergo vestrum fecit talem obseruationem? non Gal. nec Autores c.4. citati. immo Gal. fecit duas dierum differentias tantum, non autem tres.

Sed, quid quæso, sibi voluit Galenus dicens secundum accessiones in intermittentibus dies esse numerandos, vt 3. in primum Epid. 17. & 4. aph. 59. certe renuit dies tuos 24. horarum. *Est autem a nobis obseruatum*, inquiens, *tum in quartanis, tum etiam in tertianis fieri iudicationem secundum numerum circuituum non dierum; statim itaq: in tertiana febre ab initio septima accessio in tertium, & decimum incidit diem, & sæpius in ipso morbus iudicatur, non expectato quartodecimo.* profecto accessiones non semper redeunt determinata hora; sed aliquando anticipant, aliquando vero postponunt. ob id raro accessiones

cum

cum diebus criticis numero coinci-
dunt. hinc, mi bellule lector, agnosce
primo, non semper obseruandos dies
criticos; sed sæpe accessiones criticas.
2. si accessio anticipans potest decurta-
re diem criticum, nempe fieri crisim,
vt ait Galenus in 13. pro 14. sequi eti-
am poterit diem primum posse decurta-
tum, sine scrupulo sumi. ob id non esse
necessario ex 24. horis. ita vt horas ab
altero die desumere pro sui complemē-
to, vt perfectior sit dies Medic⁹, debeat.
Verum falsa vtereris logica, si diceres,
Duplex est dies, alter Naturalis 24. ho-
rarum, alter artificialis 12. horarum;
sed Galenus in Medicina intelligit diem
naturalem 24. horarum, ergo dies omnis
Medicus est 24. horarum. quia ponis
in conclusione, illud, quod non est in
præmissis, & ex particularibus facis
conclusionem vniuersalem. alia fallacia
est, quia in minori propositione dies na-
turalis incipit ab ortu Solis, in conclu-
sione est tuus dies Medicus. qui per te
incipit, quacunq; hora morbus aliquem
inuaserit, directè autem tua conclusio
infert diē medicū esse diem naturalem
incipientem ab ortu Solis, vt dies Natu-
ralis 24. horarū. vt clarissime ex Galeni

Historijs c. 8. adductis demonstrauimus.

QVOD SECVNDVS DIES, *& sequentes ab ortu Solis incipiant*. Cap. 12.

Hactenus, lector, quemadmodum dies Critici cum Hippocrate sint enumerandi: & primum quidem diem haudquaquam integrum, reliquos verò semper integros, & 24. horarum cum Galeno, ab ortu Solis semper incipientes, non aliter tibi ostendi. vnde leges. *SECVNDA mane*. 3. Epid. sec. 3. ægro. 3. Phrenitico. *TERTIA mane* in Philisco. primo Epid. *QVARTA mane*. 3. Epid. sec. 3. in Thaso Pithione. *QVINTA mane*. primo Epid. in Erophonte. atq. etiam *quinta mane* in Erasino, qui post cœnam ægrotare cœperat. Nec non etiam *quinta mane* mortuus est in Thaso Philiscus. 3. Epid. *SEXTA mane*; Dromeadæ Vxor. vti etiam in Thaso Pithion. *SEPTIMA mane* Seruus in extrema Caupona. 4. Epid. num. 9. & *septima mane* riguit Homo quidam ægrotus. 12. in primo Epid. *OCTAVA mane*. In Thaso Pithion. *DECIMA mane*. Mulier, quæ decumbebat in

dies omnes mane incipiunt.

Mendacium foro. 3. Epid. æg. 12. nec non *decimamane* supra citatus in Thaso Pithion. Præterea *DECIMASEPTIMA mane*, qui in Dealcis horto decumbebat. 3. Epid. ægr. 3. Hoc autem verbum *mane*, est initium diei solaris minime quidem pars noctis. vnde patet, Hippocratem dies incepisse numerare à Mane, seu ab ortu Solis, non autem alio tempore. primum autem diem incipit ab hora inuasionis morbi. Doce tu lector. quo loco Hippocrates alio tempore inceperit dies numerare.

mane, quid indicet,

AN NOX PRÆCEDENS, *vel subsequens diei vniatur.*

Cap. 13.

A Nocte præcedi dies videtur; vnde si nox prior est, vnienda videtur cum die sequenti, quod multis modis probari potest, primo ex sacro textu. in quo videtur asseri primam extitisse noctem, quid enim est nox, nisi tenebræ? at primo Genesis scribitur, *& tenebræ erant super faciem abyssi*, deinde *& facta est lux: Et vidit Deus lucem, quod esset bona, & diuisit lucem à tenebris, Appellauitq: lucem Diem, & tenebras Noctem, factumq. est Vespere, & mane dies vnus*. quibus verbis constat noctem prius extitisse, quam diem, immo ad diem vnum ex 24. horis constituendum præcedere noctem. *vespere, & mane dies vnus*. nocte, & die, & Genesis c. 8. in fine. *nox, & dies non requiescent*. sic etiam in Euangelio S. Matthęi c. 28. scribitur. *Vespere autem Sabbati, quæ lucescit in primo Sabbati*, videtur dicere noctem ante Sabbatum. nam ex S. Luca c. 24. erat mane Sabbati, *Vna* *a sacro textu.*

autem Sabbati valde diluculo. ergo etiam in fine noctis antecedentis Sabbatum, & dicitur nox Sabbati: erant enim adhuc tenebræ. ex S. Ioanne. *Vna autem Sabbati Maria Magdalena venit, cum adhuc tenebræ essent*. Ergo nox prior est die, & nox Antecedens, non autem subsequens diei iungitur.

ex Philosophicis. 2. probatur ex Philosophis. Plato in Timeo scripsit. *Hinc quoq; Noctis, dieiq; varietas orta est. Propter hæc etiam vnius sapientissimiq; circuitus, reuolutio*. vnde primo numerans noctem, videtur sensisse, noctem præcedere diem.

ex Poetis. 3. probatur ex vsu, & sententijs Poetarum, ac fabulis. qui Noctem antiquissimam, & Sole ipso, seu Apolline, atq; etiam Luna, & Diana antiquiorem fabulati sunt. Vnde Hesiodus in Teogonia.

Inde chao est Erebus, Nox & tenebricosa creati.

Et Aratus in Astronomicis.

Nox antiqua suo curru conuoluitur aram.

Pariter Orpheus in Hymnis antiquã dixit, dũ Deorũ, & hominũ Matrẽ cecinit.

Te canimus Nox alma parens, hominumq; Deumq;

Cun-

Cunctorum alma parens, quam Cyprida dicimus esse.

Homerus autem in Batrachomyomachia, cum prius descripsisset consilia, Ranarum, & Murium noctu facta, deinde pugnam designat, tandem in fine libri concludit.

occidebat autem Sol iam.
Et belli finis unius diei profectus est.

Primo igitur ponit, quæ noctu facta, & dicens bellum vnius diei naturalis quia die, & nocte durauit. præposuit noctem diei. ergo Nox antecedens cum die sequenti iungetur.

4. probatur ex vsu Horologij italici, non enim sine ratione factũ, vt tunc Itali incipiant: nam iam decessit dies, præludia alterius diei sunt attendenda, noctu præparatur, quod est in die futuro agendum. ita etiam Ægiptij, qui fuere sapientissimi; & forte etiam hæbrei à Moise sapientissimo edocti, diem naturalem incipiebant ab occasu Solis, ita nox antecedens cum die sequenti coniungenda. *ex Horologio.*

5. probatur ex Hippocrate, à quo dicitur: *Nox ante accessionem molesta*, quæ autem sequitur minus Molesta. Ergo si dies accessionis, vel Crisis est sem- *ex Hippocr.*

per

per omnino molestus: illa nox, quæ similior erit ei diei, participabit magis naturam eius diei, ob id nox molestior magis participabit naturam diei, & ideo diei est magis coniuncta. sed Nox antecedens est molestior, ergo magis diei iuncta. proinde cum die 24. horarum iungenda antecedens nox, minime autem posterior, quia cum sit quietior, ostendit se alterius esse naturæ, & seiunctam à die præcedenti,

altera sĕtentia Ex altera parte videtur sentiendum noctem subsequentem Diei naturali esse iungendam. quia nox sequens habet impressum à Sole antecedente calorem, & qualitates, nullas autem proprias. vnde antecedenti Soli, & diei est iungenda, tamquam vxor ab eo impregnata, vapores enim, qui in ea mouentur à Sole antecedente sunt commoti: à futuro autem Sole nil passa est præcedens nox; vnde connubium diei debet fieri cum nocte sequenti, minime autem cum antecedenti, & probatur ijsdem rationibus; ac contraria sententia.

ex Sacro textu. Et primo quidem ex Sacro textu, & dicimus tenebras fuisse quidem ante Diem non autem noctem, quia tenebræ indicant totalem priuationem lucis. At

nox

nox definitur *Vmbra terræ:* fit enim nox, prohibita nobis Solis luce à terræ corpore opaco. Sed Vmbra terræ non potuit esse ante Solis generationem. ergo neque nox. prius igitur genitus fuit Sol, quam Solis vmbra. sed Sol causa diei, vmbra causa noctis. ergo prius causa diei, quam causa noctis; sed non potest esse Natura causa sine causato. ergo prius extitit dies, quam Nox, saltem prioritate naturæ, si hic est dies, in antipodis Nox. vnde Genita luce Moyses ait. *appellauitq: lucem, diem, & tenebras noctem*. primo scribens, *Diem*. deinde *noctem*. deinde dixit *fiant luminaria in firmamento cæli, & diuidant diem, ac noctem*. hic ponit primo diem. deinde *luminare maius, vt praeesset diei, & luminare minus vt præesset nocti*, & de stellis, *vt praeessent diei, ac nocti, & diuiderent lucem, ac tenebras*. & Gen. c. 7. *Ego Pluam super terram quadraginta diebus, & quadraginta noctibus*. & de Iona c. 2. *Erat Ionas in ventre piscis tribus diebus, & tribus noctibus*. Sed cum primo scribatur dies, secundo nox. debemus dicere noctem sequi diem, vt Eua sequuta fuit in ortu Adam. sed ab ortu Solis incipere diem, patet ex

çap. primo Ecclesiastes *Oritur Sol, & occidit, & ad locum suum reuertitur, ibiq: renascens, gyrat per meridiem, & flectitur ad Aquilonem, lustrās vniuersa in circuitu, pergit spiritus, & in circulos suos reuertitur.*

ex Philosophis 2. probatur ex Philosophis. quia Dies dignitate pręstat nocti; vnde omnis denominatio sumitur à die, tamquam à parte digniori, quod fassus est etiam Isidorus. spatium motus primi mobilis à digniori parte dici diem; sed dignior pars est etiam, quæ præcedit. ergo dies præcedet. ipseque Plato in Timæo ait etiam. *Post hæc ingenti terræmotu iugiq; diei vnius, & noctis illuuione factum est.* incipiens à digniore, & priore. Deinde scripsit. *Dies porrò, & noctes, & menses, & annos, qui ante Cælum non erant, tunc nascente Mundo nasci iussit.* ergo in generatione, & effectibus dies præcedit noctem.

confirmatio. Cōfirmatur hoc, quia secūdū Philosophos eodē modo se habet annus, ac dies. exoriēte Sole illa diei pars assimilatur Veri, & Pueritiæ. Meridies Æstati, & Iuuentuti; Tēpus occidētis Solis Autūno, & Virilitati, Nox Hyemi, in qua noctes vigēt, & senectuti. Sed annus incipit à Ver-

à Verno tempore. ætas à pueritia. ergo dies naturalis incipiet ab ortu Solis, non autem ab Occasu.

3. probatur ex Poetis. Orphœus in hymnis. *ex Poetis.*

Quę lucē pellis sub terras, rurs', & ipsa
Tartara nigra petis.

Si nox pellit lucem, oritur post lucem, ita præcedet Dies. similiter Virgilius 2. Æneid. *(nox*

Vertitur interea Cælum, & ruit Oceano
Inuoluēs vmbra magna terrāq; polūq;

Et Ouidius 15. Methamorph.

Candidus Oceano nitidum, caput abdiderat Sol
Et caput extulerat densissima Sydereum nox.

Addemus etiam Italicum poetam Torquatum Tassum. can. 13. st. 75.

Ecco notte improuisa il giorno serra,
Nell'ombre sue, che d'ogn'intorno hà stese.

Hi igitur Poetæ volunt noctem expellere diem. ergo nox sequitur diem. non autem dies noctem. vnde nox sequens diei naturali annumeranda erit.

4. Probatur ex vsu Horologij Persarum, & Babiloniorum, qui recte auspicabantur diem ab ortu Solis. vel enim *ex Horologijs.*

vocatur dies, vel nox. si vocatur dies debet incipere, quando dies incipit: si vocaretur nox inciperet à nocte. vnde manifestum est noctem incipere ab occasu Solis: diem verò ab eius exortu. igitur si spatium 24. horarum comprehendit diem, & noctem. ab eo, quod præcedit, certe initium sumet; sed præcedit, quod dominatur; & dies dominatur. ergo dies præcedit, nox subsequitur. ita dies comprehendit noctem, aliàs nox comprehenderet diem.

ex Hip. 5. Probatur ex Hipp. qui in suis Historijs Dies incipit mane. nunquam in occasu Solis, & licet aliquis noctu ægrotare cæperit, tamen mane, vt superiori capite dixi, incipit diem secundum, tertium &c. non considerata illa noctis portiúcula, tamquā ad diem sequentem non pertinente. & ex Galeni Historia 7. supra posita pag. 91. patet. Nominant autem Hipp. Galenus, Archigenes, & cæteri Medici dies criticos; non autem noctes criticas, signum euidens, diem esse præcipuum, & primarium, noctem autem secundariam esse, & sequacem diei.

vera sententia. Sentiendum igitur nobis Medicis cū Medicorum Magistro. & in diebus cri-

ticis

ticis recensendis cum dierum Criticorum inuentore. quare ad adducta pro altera sententia sic obstabimus.

Ad primum respõdeo primo. Tenebras esse priores luce concedo; sed lux est prior nocte. quia nox est vmbra, seu impedita lux, nec potest impediri, quod non adhuc est. lux est actus Solis; Vmbra, impedita actio Solis est. Vnde transmissio lucis, seu actus Solis non potest impediri, antequam lux sit, & Sol lucis receptaculum, creatum sit. & dicitur quidem tenebras fuisse appellatas Noctem. & figuratè quidem ob similitudinem non autem proprie. quia tenebræ, & nox valde, & essentialiter differunt. Tenebræ enim ex Isidoro sunt *lucis absentia*. Vmbra *aer carens Sole*. Si ergo nox est Vmbra, erit aer carens Solis luce, non autem simpliciter carens luce. quia tenebræ omnino sunt contrarię luci. ergo simul esse nequeût. ob id Deus diuisit *lucem à tenebris*, & Nox nõ est omnino expers lucis. nam fecit Deus *luminare minus, vt præesset nocti, & stellas*. igitur nox habet lumen à Luna, & stellis. tenebræ autem sunt omnino sine lumine. Ad illa de Euangelio. Respondeo ex D. Marco. *Et cum transisset*

Sabbatum. iam Sabbato transacto venisse Marias, non autem adhuc in nocte Sabbati primi. quod dicitur vna dies Sabbati.nam hebræi numerabāt 1.2.3.à Sabbato. idest 1.2. feriam à Sabbato. *vnà Sabbati* est prima dies post Sabbatum, & quidem prius erant tenebræ, deinde facta fuit lux, & diuisæ tenebræ à luce,& diuisus dies à nocte, primo die: sed postea die 4. fuit factus Sol, & multa lux data Soli,vt distingueret diem à Nocte,vt etiam sentit Valesius de sacra philosophia. sed hæc extra meam disciplinam, Theologis submitto corrigenda.

Secundò Respondeo. dierū criticorū doctrinā esse rē naturalem obseruatione medicorum acquisitam: vnde licet Theologi definirent noctem prius genitum fuisse. tamen pro die medico nox debet sequi diem. ea enim retinet calorem, & qualitates diei præteriti.

Ad 2. respondeo. Platonis verba nil obstare; nam loquendo.modo proposuit noctem, modo diem.

Ad 3. Respondeo. noctes quidem esse antiquas. tamen ipsi Poetæ dicunt à nocte expelli diem, quia nox sequitur diem, & superuenit diei.

Ad 4. Respondeo. **Horologia, &**

vsus

vſus nationum nihil facere; ſed eſſe attendendum vſum Hippocratis. nam etiam Galli, & Hiſpani, quorum Horologia incipiunt a media nocte, dicere poſſent, diem Criticum debere incipere à media nocte.

Ad 5. eſt reſpondendum. quando Hipp. dixit noctem ante acceſſionẽ moleſtam. nempe 6. Epid. ſec. 2. & deinde 2. Aph. 13. non intelligi de nocte tantũ: ſed referri etiam ad diem, vnde Gal. in com. *ſimilis ſit*, inquit, *interdiu quandoque turbatio, quando nocte ſequenti Criſis eſt futura*. incipit ergo Naturæ pugna cum morbo, non ſolum nocte præcedente; ſed etiam die præcedente; vnde hæc ratio nulli fauet parti. ſi enim nox præcedens ob talem grauitatem, & moleſtiam iungitur diei ſequenti. etiam dies antecedens ob ſimilem moleſtiam nocti iungetur ſequenti, in qua Criſis. certè Braſauolus in com. ait. *At vel nox ſit, vel dies, id tẽporis, quod iudicationem præcedit ſemper ægros perturbat. Hipp. autem de nocte potius mentionem facit, quam de die, quia noctu perturbationes magis ſentimus, quam interdiu.* Pariter Valeſius idem confirmare videtur. *Quod noctis*, inquiens, *meminit nihil*

miror. Perinde accedit dies grauis, si noctu futura est accessio, vt nox sit grauis, si accessio est futura diu. Sed illud in phrasi est. ita dicimus tertianæ febres repetunt tertioquoq; die, intelligitur tamen aut nocte: multa enim habent accessiones noctu. Ergo si etiam dies ante Crisim, & exacerbationem est molestus. non est potior ratio, vt nox antecedens diei sequenti, quam dies præcedens nocti sequenti iungatur. nulla igitur est præposita ratio; sed militant alia nostra nulla exceptione notata argumenta, & præcipue Historiæ Hipp. & Galeni. ecce in Arenam descendi. pensum meum solui. alios Athletas expecto, dum in hac mundi palęstra sum. incus maxima non timet ictus. si discessero, quando altissimo placuerit, excusabor, si quis tardè venerit: cum Laruis autem luctari impium erit. audiuisti lector, tuas modo age partes. scęna mea iam finem habet, exeas tu, te populus desiderat. loquere. ne sis in Prætorijs Leo in castris Lepus. Equidem scio, quod vox tua vox Iacob, manus autem, manus Esau. vale, & agnosce à me te doceri posse.

ne sis prætorij leo.

Ipse etiã est olitor sæpè opportuna locutus
Sæpè & in attrita latuit Sapiẽtia veste.

FINIS FOELIX.

PETRI CASTELLI ROMANI.

APPENDIX AD CAPVT II. *Libri de Abusu dierum Criticorum.*

SAtis superque, quid sit Annus, quid Mensis, quid Dies, me explicasse censebã. at insurrexit Aristarchus quidam me de horarum negligentia taxãs, eo quod, prædictorum aliorum modo, de horis præcipuum caput non constituissem. namque potissimà esse videbatur quæstio de horis, népe, an dies medicus ab hora, an à die incipere deberet, & an secundum determinatas horas primus debeat perdurare. nolui lectorem hæsitare, & tanta doctrina carere, ecce morem geram, loquar, docebo, ipse aures præbeat attentas. *Occasio scribẽdi.*

Multipliciter, aio, apud auctores Horæ nomen sumitur. vel pro Dea, quam censebant Romuli vxorem, vnde Ennius. *Teque Quirine pater veneror, Horamque Quirini.* Iuuentutis Deam explicauit esse Nonius Marcellus. vel pro alijs Deabus, sic Apollodorus *Hora Dea.*

Atheniensis lib. de Deorum origine, paulo post initium. ἐκ μὲν οὖν Θέμιδος τῆς, οὐρανοῦς γεννᾷ θυγατέρας ὥρας, εἰρήνην, εὐνομίαν ϗ Δίκην. i. *Ex Themide igitur Cœli filia, Horas creat.* i. Iuppiter. *Irenen, Eunomiam, Dicen.* quod etiam apud Hesiodum in Theogonia legitur. His autem Horis sua dedit officia Antiquitas. Hesiodus .n. citatus.

Inde Themim rursus ducit, sibiq; parit Horas,
Eunomiamquè diceną; Irenem deinde vigentem,
Maturare quibus cura est mortalia facta.

Pro anni tempore. Quæ quidem Horæ ab alijs sumuntur pro anni temporibus vere, æstate, Autumno, quibus plantæ florent, & fructus maturantur; præcipuè autem pro tempore æstiuo: vnde Mel Horarium, & fructus horarij dicuntur horæ tempore collecti. i. per excellentiam, tempore æstiuo. Quod autem Anni tempora sub velo poetico fuerint descripta Horæ nomine, patet. ex Arati versibus ita latine redditis.

Per duodena redit Mundi sol aureus astra:
Deducens annum, dum circulo labitur illo.

Fru-

Fructifera semper crescunt, augentur, & Hora.

Secundum enim anni tempora, seu Horas, fructus crescunt. & per excellētiā, vt dix, Horarij fructus sunt fructus æstiui. Orpheus autem pro tempore verno sumpsisse videtur, dum in Hymnis ait.

Et Iouis, & Themidis Hora de semine nata — *Pro venae.*

Eunomia, atq; Dice, atque Irene diues, & omnes.

Florentes verna prati velamine lata.

Meam sententiam confirmat Pausanias in Boeticis mutato horis nomine. *Nam Carpo*, inquiens, *nomen non Gratia; sed hora. i. fructuum tempestiuitatis est. Horarum alteri communes cū Pandroso honores Athenienses habent. Talloteną; i. germinatricem nominant:* at καρπὸς fructum significat. sic Aratus ἐπικαρπίους scripsit, seu fructiferas, & θάλλειν. pullulare, ex quo constat Athenienses, & duas Gratias, & duas Horas mutato nomine coluisse, quas clare ad anni tempora referebant. de his Horis fabulati sunt antiqui portas Cæli seruare vnde Ouid. 1. fastor.

Præsideo foribus Cæli cū mitibus Horis. — *Horarū munera*

Solis ministras etiam dixit idem au-ctor,& vere quidem, quia anni tempo-ra secundum solis motum variant. ita Tibullus lib. 14.

Dum terna per orbem secula fertili-
bus Titan decurrerit horis.

Et quia aeris mutationes videtur ab ipsis horis pendere prout Soli, modo hæc, modo illa hora ministrat, hinc antiqui ab horis custodiri cæli portas, aiũt secundum quod Nubes, aquæ, nix ac, grando, &c. descendunt, quod sic explicauit Homerus Iliade quinta.

Sponte fores cæli patuerunt: numine
seruant
Quas Horæ: queis cura polus regioq;
superna est:
Nubila, quæ pellunt, quæ inducunt
Nubila Cælo.

Et quia per has horas, seu anni tempora, si æqua, & tranquilla fuerint, hæc inferiora seruantur, hinc Iouis, & Themidis, quæ æquitatem significat, filiæ dicuntur. cum prçterea anni tẽpora, quot annis reuertantur, & flores, ac fructus quælibet hora diuersos producat, hinc Theocritus in Siracusijs.

Mollibus hinc Horæ pedibus venere
secundo

Post

Post decimum mensem, vt grata, tardissima at illa
Sunt superum, ac noua ferre solens mortalibus vsque.

Porro Galenus noster perbelle Horæ nomen explicauit 4.in 6.Epid. com.19. *Græco vocabulo*, inquiens, *Hippocrates appellat Hoream, latine dixeris temporariam, vel tempestiuam, vel opportunam, contingit autem temporariam aquam, vt congruo tempore prouenientem ipsum laudantem appellare; contingit autem, & eam solam, quæ æstate media per imbres effunditur, temporariam nominare, quandoquidem hanc anni partem Græci potissimum ὥραν. i. tẽpus, appellant. Veruntamen, & Autumno, & hyemi, & veri Horæ appellationem accommodant; sed per excellentiam interdum eam anni partem Horam nominãt, in qua fructus Horarios vocatos maturescere accidit.* Quod confirmat 2. de Alimentorum fac. c. 2. dum scripsit. *Horam anni Græci id tempus appellant, in cuius medio caniculam exoriri contingit, tempus autem id est dierum quadraginta. Hoc quidem tempore omnes horarij, quos vocant, fructus constant, nõnulli iam declinantes, alij incipientes,* *Fructus Horarij*

aliij in suo rigore, aut vltra vigorem, aut citra, consistentes. Vocant autem ipsos ὡραίους, *non quod id solum temporis sint, sed (vt mea fert opinio) quo ipsos ab ijs, qui ad reponendum sunt idonei, distinguantur.* Quo significatu clare Hipp. loquutus fuit lib. de Sal. diet. num. 5. *Quum verò Æstas,* inquiens, *ac calor fuerit, infusis vtendum est, Hora enim hæc æstuosa est,* & 2. Epid. 1. *Qualis hora anni, & quæ, & qualiter procedat.* Præterea Epist. ad Damagetum. ait. *Confisus horis anni Etesijs.* Theocritus Eidilio. 15. ὥρα ὅμως κεἰς οἶκον. i. *sed nos Hora domum reuocat,* vt Eobanus Hessus vertit. alter interpres ait. *Tempus tamen est, & redire domum.* Horam conuertens Tempus. Homerus autem Hymno in Apollinē. καὶ ἐπήλυθον ὧραι. i. *Rurs' perfecto anno, & venerūt Horæ Hæc autem peperit.*

Et hic est primus, & antiquior nominis Horæ significatus prout tempus in vniuersali indicat. omissis alijs nuncupationibus Methaphoricis, & Analogicis.

Hora secūdo modo accepta. Secundo modo Horæ nomen sumi dicemus, pro 24. diei naturalis particula; quo significatu posteriores poetæ dicebāt, vt etiam refert Boccatius lib.4. Geneo-

Geneologiæ Deorum. Horas esse filias Solis, & Cronos. i. temporis, per has .n. tempus dimetimur auxilio motus Solis, & ob id Ouidius ministras, curatricesq; Currus Solis fecit, & quamlibet directricem eiusdem pro suo temporis spatio edixit. sic canens.

A dextera leuaque dies, & mensis, & annus,
Sæculaq; & positæ spatijs æqualib. horæ.

Et paulo post subdit.

Iungere equos Titan velocibus imperat horis.
Iussa Deæ celeres peragunt, ignemq; vomentes
Ambrosiæ succo saturos præsepib. altis
Quadrupedes ducunt, adduntque sonantia frena.

Qui primus, & quo tempore horas diuiserit apud me verè non cõstat. certe varia est fama. Antiqui .n. Romanorum in 12. tabulis ortus tantum, & occasus Solis adposuerũt. post aliquot annos adiectus fuit Meridies. Testem appello Plinium eruditissimum ciuem Romanum. qui lib. 7. c. 60. Horarum diuisionem prius in Græcia repertam fatetur, & addit. *Serius etiam hoc Romæ contigit. Duodecim tabulis Ortus*

Primus Horarũ diuisor.

tantum; & Occasus nominantur, post aliquot annos adiectus est, & Meridies, Accenso Consulum id pronunciate, cum Curio inter Rostra, & Graecostasin prospexisset talem Solem à columna aenea ad carcerem inclinato sydere supremum pronunciabat. Sed hoc serenis tantum diebus vsque ad primum Punicum bellum. Quod accidit, ex Plinio loc. cit. anno 477. Vrbis conditae, & ex Philandro Colutio in Cronologia Medicorũ coincidit cum Olimpiade 124. à Mundo creato 3742. post Hipp. (qui ortus fuit 80. Olimpjade) annis circiter 122. Vnde clarissimum est Hipp. aeuo Romae Horarum distinctionem non extitisse.

Accensus minister consulis. Curio sacerdos curiae.

Si ergo Graeci ante Romanos Horarũ distinctionẽ inuenerunt, quis primus fuit inuentor? volunt quidem nonnulli horas dictas ἀπὸ τῶ ὕρων. i. ab vrina. siquidem Hermetem Trismegistum horas primum obseruasse volunt, ex vrina sacri cuiusdam animalis, quod Serapi ab Ægyptijs erat dicatum; Nam cum animaduerteret ab eo animali diei, & noctis vnius spatio aequalib. interpositis interuallis vrinam duodecies emitti, placuit in totidem horas diem ciuilem diuidere, qui tamen postea duplicato nume-

Horae Ctymõ.

numero in horas 24. eſt diuiſus. Sed Ægyptiorum inuenta fabulæ ſpeciem ſortiũtur. quod ſi verum eſſet antiquiſſimum inuentum eſſet, & Hæbrei, ipſeque Moſes ab Ægyptijs didiciſſet. ſed quo modo diſtinguebant horas. ſi Horologia ſolaria, & clepſidræ poſteri reperērunt? Romani in plures partes mane, meridem, veſperas, ita etiam Hippocrates, vt ſupra notaui. Certè Hæbrei diſtinxere diē in horas ante Græcos, & licet Exodi 9. ſcribatur. *En pluam cras hac ipſa hora grandinē multam*. quod non denunciat numerum horarum; ſed tempus idem, ac ſi diceret hac eadem craſtina ſtatione Solis. tamen tempore Tobiæ, qui vixit in captiuitate hæbreorum ad Niniuem, circa Olimpiadem. 50. vel ex Philandro Colutio in Medicorum Cronologia Olimpiade 7. ſeu circa initia Vrbis conditæ. multo ante Hyppocratem, qui 80. Olimpiade natus fuit. ab Vrbe condita 293. immo ante Anaximenem Mileſium, qui floruit circa Olimpiadem 62. & à Pl. lib. 2. cap. 76. horologiorum inuentor declamatur. tempore Tobiæ, inquam, horarum ratio fuit hæbreis, & Babilonijs nota. legitur. n. c. 11. de

Apud Tobiã Horæ.

liniméto ex felle piscis. *Sustinuit quasi dimidiam horam.* & cap. 12. *prostrati per horas tres in faciem bene dixerunt Deum.* Ita etiam in Iudit. quæ fuit æuo Nabuchodonosoris, c. 6. legitur *ecce hac hora*, & c. 7. *per multas horas clamauerunt*, & Danielis c. 4. ante ipsum Nabuchodonosorem Daniel. *cæpit intra semet ipsum tacitus cogitare, quasi vna hora*. quod si sacros Codices percurrere vellem, plurima forte inuenirem huiusmodi. Certè fatendum est horarum distinctionem Hæbreis, & Babilonijs prius notã fuisse, quã Græcis, sed quando primum Hæbreis innotuerit determinari non posse. nisi dixerimus Berosum Caldæum primum inuentorem fuisse, ducti eo, quod Antiquissimus perhibeatur Berosus, & à Vitruuio lib. 9. c. 9. de horologijs. *Hemicyclum excauatum ex quadrato, ad enclima succisum dicitur inuenisse*, & Plin. lib. 7. cap. 37. *Astrologia Berosus, cui ob diuinas prædictiones Athenienses publice in gymnasio statuam inaurata lingua statuere*.

Berosus Caldeus primus Horologij inuentor.

At in Græcia primus horarum diuisor mihi videtur dicendus Anaximenes Milesius, qui ex Gnomonis vmbra Horologium conficiens. Vmbræ mensuras

Anaximenes Milesi⁹.

furas in horas dimetitus fuit. testem habeo Plinium lib. 2. c. 76. *Vmbrarum hanc rationem*, (inquientem) *& quam vocant gnomonicen inuenit Anaximenes Milesius Anaximandri discipulus: primusque Horologium, quod appellant scioterićon, Lacedemone ostendit*. At Diogenes Laertius in Vita Anaximandri, non Anaximeni; sed magistro ipsi Anaximādro eadem refert hisce verbis. *Anaximander primus gnomonem inuenit ipsumque Lacedemone in loco captanda vmbræ idoneo statuit, quo (vt ait Phauorinus in Omnimoda historia) conuersiones Solis, & æquinoctia notaret.* Sed hoc parum refert siue Magister, siue discipulus horologiū inuenerit. constat tamen ex Laertio. Anaximandrum natum Olimpiade 58. Anaximenem vero. 63. vnde ante Hippocratem nostrum, qui natus 80. Olimpiade. poterat igitur Hipp. horarum distinctionem nosse, quam Lacedemonij nouerant. at in Coo nondum obseruabatur; vnde apud Hipp. non leges horarum numerum: sed tantum modo. *ad diem. exoriente die. mane. circa fori tempus. Meridie. circa meridiem. ad Solis occasum. Vesperi. noctu. post cænam*. nec moror, *Hippocratis elucidatio.*

si dixeris. Hipp. lib. de Medico num. p. *omni bora mulieribus, &c. occurrunt.* & num. 3. *iuxta verò bora tempus, quando integere oporteat.* & prognosticorum. num. 8. *Egestio alui optima est, mollis, & cohærens, & secundum horam in qua etiam à sano egerebatur.* quia Hipp. intelligit tempus determinatum; non autem numeratam horam.

Horæ Italicæ. Sed in Italia, & Romæ quomodo numerabãt horas? nec ego, nec Auus meus aderat; vnde referre nequeo. retuli tamen supra pag. 16. & 17. ex aliorum relationibus, ita etiam scripsit Alex. ab Alexan. lib. 4. c. 20. *Diei spatium totum veteres diuiserũt in matutinum, ortum, meridiem, occasum: noctis verò in vesperum, conticinium, siue intempestam noctem, gallicinium, & Luciferum.*

Lex. 12 tabul. Certe ex Rænardo c. 7. in leg. 12. tab. legitur. *Ante meridiem causam cognoscito, quum perorant ambo præsentes. Post meridiem litem addicito, si ambo præsentes. Sole occaso suprema tempestas est.*

Horologia Romanorũ. Nunc pro me, qui primus Romæ Horologia inuexerit, referat Plinius lib. 7. c. 6. *Ad primum Punicum bellum Princeps Romanis solarium Horologium statuisse, ante duodecim annos,*

quam

quam cum Pyrrho bellatum est, ad ædem Quirini. L. Papyrius Cursor, cum eandem dedicaret à patre suo votam à Fabio Vestalli proditur. Sed neque facti Horologij rationem, vel artificem significat, nec vnde translatum sit, aut apud quem scriptum id inuenerit. M. Varro primum statutum in publico, secundum Rostra in Columna tradit bello Punico primo à M. Valerio Messala Consule Catana capta in Sicilia: deportatum inde post xxx. annos, quam de Papyriano horologio traditur. anno Vrbis 477. *nec congruebant ad horas eius lineæ, paruerunt tamen eis annis vndecentum. donec Q. Marcius Philippus, qui cum L. Paulo fuit Censor, diligentius ordinatũ iuxta posuit: idq; Munus inter Censoria opera gratissimè acceptum est. etiam tum tamen nubilo in certæ fuere horæ vsq; ad proximum lustrum, tunc Scipio Nasica collega Lænatis primus aqua diuisit horas æque noctium, ac dierum, idque horologium sub tecto dicauit anno Vrbis* 595. *tandiu Populi Romani indiscreta lux fuit.* i. ad Olimpiadem 155.

Ergo longe post Aristotelem, Erasistratum, & Catonem. qui ortus fuit anno V. C. 520. tamen apud Catonem

dere

de re rust. num.89. scriptum est. *Meridie bibere dato, nec plus aquam ante sinat, quam horam vnam.* & num. 156. *deam buletq; horas quatuor*. vnde dicẽdum tempore Catonis Romanos Diem in horas distinxisse, quia Cato obijt anno ab V. C. 605. ætatis suæ anno 85. ante id tempus, vt supra notaui pag. 16. diuidebant diem in auroram, mane, meridiem, occiduum tempus, ad solis occasum. Noctem vero in crepusculũ vespertinum, primam facem noctis, noctem cõcubiam, noctem intempestam, mediæ noctis inclinationem, Gallicinium, & Conticinium. diluculum. Temison autem, qui vixit Olimp. 175. ab V.C.673. & Celsus, qui aderat Olimpiade 194. ab V.C. 752. horis vtebãtur; nam in Celso lib. 3. legitur. *Neque verũ est, quod Temisoni videbatur, si duabus horis, &c.*

Sed si quæres, cur in 12. horas diuisus fuerit dies? Respondendũ erit omissa fabula de Trismegisto obseruante Animal Serapidi Ægyptio dicatum 12. inter spatium diei, & noctis, minxisse, quia est quid fabulis annexum, nec n. Vitulus Diabolo dicatus sua vrina fætida, quæ merces est diabolica, misteria

Cur diuisus dies in 12. horas.

nobis

nobis indicare valet, sed quia Egyptij Sacerdotes, vt magni vederent, horarum distinctionem, & Deorum cultum augerent, suis Idolis id tribuebãt. Adde hos diem, & noctem, seu diem naturalem 24. nostrarum horarum, in 12. partes tantum diuisisse. Nos autem querimus, cur 12. diei, & totidem nocti fuerint assignatæ.

Ad quod respondendum cum Astrologis, recta ratione fuisse factum, quia cum 12. sint signa cælestia, per quæ fertur sol qualibet primæ spheræ motione, continente diem, & noctem, itaut quolibet die 6. signa, & qualibet nocte sex alia signa transeat. vnde deberent esse 12. tantum horæ, quas diuidentes Astrologi 24. numerant. duas horas cuilibet signo tribuentes, hinc Ioan. de sacro bosco. *Cum hora naturalis*, inquit, *sit spatium temporis, in quo medietas signi, peroritur in qualibet die artificiali, similiter, & in nocte sunt duodecim horæ naturales*. Longitudo autem, & breuitas dierum, ac noctium procedit ex ortu signorũ directorum, vel obliquorum, quod perbelle idem de Sacrobosco docuit, dicens. *Et quando est nobis maxima dies in æstate, scilicet Sole*

Responsio.

Astrologica diuisio.

exi-

existente in principio Cancri, tunc oriuntur de die sex signa directe orientia, de nocte autem sex obliquè. E conuerso quando nobis est minimus dies in anno, scilicet Sole existente in principio Capricorni, tunc oriuntur de die sex signa obliq; orientia, de nocte verò sex directè. Quando autem Sol est in alterutro punctorum Æquinoctialium, tunc de die oriuntur tria signa directè orientia, & tria oblique, & de nocte similiter. Est enim regula. Quantumcunque breuis, vel prolixa sit dies, vel nox, sex signa oriuntur de die, & sex de nocte. Nec propter prolixitatem, vel breuitatẽ diei, vel noctis plura, vel pauciora signa oriuntur.

Horæ inæquales. æquinoctiales.

At horæ istæ æquales minime sunt: Vnde distinguẽdæ erunt in æquales, seu æquinoctiales, & in inæquales. Horæ Æquinoctiales sunt æquales, quia Nox diei æquatur, & qualibet hora est 24. pars diei naturalis, nec vna hora maior, vel minor alia est. ita nostro æuo horas æquales 24. numeramus. Romani Antiqui, vt Astrologi nostri Horas, inæquales adhibebāt. constituẽtes.n. 12. horas diei, & totidem nocti, dum non adest æquinoctium. hora qualibet est duode-

cima

cima pars diei, vel noctis, & hæ horæ habent vnam æqualitatem, & duas inæqualitates. nempe omnes horæ vnius diei inter se debent esse æquales. respectu verò horarum alterius diei erunt illis inæquales, quia dies illa longior, vel breuior; ita etiam respectu suæ noctis erũt illis inæquales. istæ horæ dicuntur Planetariæ, quia secundum has dimensiones dicunt Astrologi, modo hac, modo illa hora dominari Planetas, nec tadolis obseruatio nostris communibus horis æquinoctialibus optari potest. sic Palladius docens rationem inuestigandi horas 12. per solis vmbram. videtur 11. tantum referre; sed 12. hora, quæ est ad occasum solis, non est referenda. Rectè igitur Romani antiqui, ab Astrologis ducti, dies, & noctes in 12. horas æqualiter inæquales diuisere. quos ex nostris sequutus est in Iconologia Cæsar Ripa. Sed satis vagati sumus per eruditorũ cãpos, ad Medicos reuertamur.

Palladius explicatus.

Dico dierum Criticorum scientiam ab Hipp. fuisse primo traditã, & ex ipso à nobis esse addiscendam, & secundùm eius vsum, & obseruationem à nobis quoque esse in vsum trahendam. At Hippocrates horas non nouit, nec ipsis vsum

Nostra sententia.

vsum constat, licet Anaximenes Lacedemone horologium constituerit, pluribus ante annis. nec constat dixisse numerandos esse dies, à Meridie ad meridiem, vel à vespere ad vesperam: sed tantummodo docuit, morborum dies numerandos à primo die, nunquam autem à prima hora, (vt noster lector censuit) in memoriã ergo vobis reducere licet ipsa Hippocratis verba, qui 4. Acut. com. 57. *Obseruare autem oportet*, inquit, *primum diem, quo ager parum valere cœpit*. non dixit primam horam. doceat me aliquis, amabo eum, quo loci scripserit Hipp. ab hora inuasionis diem esse numerandum. ita 4. progn. tex. 6. *Sed à primo die animaduertẽdum est*. non dixit à prima hora. deinde cum tex. 10. dixisset, *Parimodo, & mulieribus iudicationes fiunt à partu*. Gal. in com. à die partus, explicat, nõ ab hora.

Dubitatio. Sed adhuc dubitaret quispiam, quomodo in febribus dies sint numerandi? esto quis laboret duplici tertiana, si septimus dies primę tertianæ erit septimus, nõ poterit esse alteri tertianæ septimus, vnde sudor V.G. in septimo contingens ratione primæ tertianæ erit in sexto secundæ tertianæ.

Responderem hoc non militare contra meum enumerandi modum solummodo; sed etiam contra vulgarē vsum. Verum difficultatem nullam esse. quia Hippocrates docuit in febribus numerandas esse accessiones; vnde dixit. in Coacis. *Tertiana exquisita in quinque aut septem circuitibus, aut summum in nouem iudicatur*. & 4. aph. 50. *Tertiana exquisita septenis circuitibus, quod longissimum est, iudicatur*. quam sententiam mirifice explicauit Galenus in com. hisce verbis. *Quod enim in continuis vna dies pōt, hoc in intermittētibus accessio. Ad istarum igitur connumerationem, earum fiunt iudicationes. Hoc ipse in Prognostico innuit. vbi de quartana loquitur, ita inquiens. Fit autem. & quartanarum consistentia ex ordine tali. Estq; à nobis obseruatum tum in quartanis, tum in tertianis fieri iudicationem ad numerum circuituum, non dierum. Statim itaq; in tertiana febre ab initio septima accessio in tertium, & decimum incidit diem, & sapius in ipso morbus iudicatur non expectato quarto decimo. Sicut igitur in morbis continuis acutorum quidem morborum terminus est quartus decimus, peracutorū vero*

Accep- siones cō siderandæ.

ex Galeno.

verò septimus, sic in intermittentibus longissimi temporis tertiana febris terminum habet circuitum septimum. Rursus autem sicuti in peracutis, morbus poterat iudicari, et in quinto, & quarto, & in tertio die; sic & in tertiana in eiusdem circuitibus fieri solutionem cõtingebat, non expectante natura septimum circuitum. quod repetit idẽ Gal. 3. prog. comm. 7. quum enim scripsisset Hipp. *Quartanæ quoq; conditio ex eiuscemodi cosmo est.* Subdit Galenus. *Vt enim per febres continuas numeramus omnes deinceps dies in præsensionem futuræ Crisis, ita per intermittentes, adnotationes; vt, quod per cõtinuas septimus dies valet, id per intermittentes septimanas circuitio, præstet. Obid igitur exquisita tertiana septem circuitionibus, non diebus septem iudicari natura solet, &c.* deinde. *Quo circa nunc id vnum intellexisse sufficiet, quod & quartanæ febris Crises ex numero circuituum accidant, non dierum.* eandem sententiam auxit Hipp. 3. in primum Epid. 7. *Præterea. Errantes febres*, inquit, *quartanæ, quintanæ, septimanæ, & nonanæ, quibus iudicentur circuitibus considerãdum*, & Gal. in com. iterum ait. *Non*

Hippocrates.

enim

enim sunt dies primi attendendi, neque isto ordine numerandi simpliciter, cæterum accessiones, vt ille de exquisita tertiana in aphorismis dixit. Nam vt hæc septenis circuitibus iudicatur, eadem ratione alia nouenis circuitibus, alia vndenis; atque ita deinceps pro numero decretoriorum dierum, ac de quartanis eadem est ratio. Et ex his clarissimè patet Hipp. & Gal. sententia, & nos dicemus etiam in duplici tertiana accessiones esse considerandas, & quidem distinctè, vt dignoscamus, septimam primæ accessionem, & septimam secundæ, vt cuiuslibet crisim prægnoscamus, solet n. secunda accessio post duas, vel tres dies accedere. Et ita erit soluta dubitatio, & Balbutienti hæsitandi locus non relinquetur. eia, adsit quicunq; aliam difficultatem somniauit, & insomnia quoq; interpretabimur, vt clarissimè etiam Momo, Prosperum Martianum, & Petrum Castellum genuinam Hippocratis, & Galeni doctrinam proposuisse, appareat. quem μωμήσαιτο τις μᾶλλον ἢ μιμήσεται poteris. Aduertas autem morbos non fieri in instanti; sed præuia aliqua dispositione. quæ dispositio ad morbum, nō est contemnenda,

nonne dixit Hipp. *nil temere, nihil contemnere?* si ergo febris aliquem apprehenderit hora 20. an in instanti est inducta febris, an præuia aliqua dispositione per multas ante horas? non primum; si verò secundum, cur non debeo etiam illam malam antecedentem dispositionē connumerare? Ob id optime fecere Hipp. & Galenus, dum non ab hora; sed à diei parte pro toto die, cæperunt dies morbi enumerare. Tu interim lector quicunque es, euigila, stude, conare, vt aliquid de nouo obijcias, vt alteram Appendicem ex me adipiscaris, seu expiscearis; sed vale, vt valeas.

IN-

INDEX.

A

Absurda plura. pag. 113.
Annus, & dies non integri 31. 114. 115.
Amatus Notatus. 32.
Amici tutela. 2.
Amicorum debitum. 1. 3.
Auctor amicus P. Martiani. 2.

C

Capiuacceus cum Mense Galeni. 24.
Cartaceum falsamentatum obiurgatũ. 3.
Circuituum numerus attendendus. 121.
Correctio textus Martiani. 5.
Contra Galenum. 22.
Cortesij relatio. 38.
Cortesio responsio. 39.

D

Daniel Senertus desertus. 27.
Dies abusiue. 7.
Dies a nocte distinctus. 11. 129.
Dies artificialis. 7.

Dies

Dies a media nocte incipiens. 26.
Dies conceptus. 111.
Dies damnatorum. 113. 114.
Diei diuisio. 16. 17.
Dies duplex. 7. 14. 29.
Dies est lux. 11.
Dies & Sol idem. 7. 8. 11. 112.
Dies incipit mane. 9. 44. 50. 61. 68. 72. 83. 85. 123. 124.
Dies incipiens ab initio noctis. 69.
Dies Iosue. 9.
Dies medicinalis colligendus ex Historia. 120.
Dies medicus repudiatus. 121.
Dies numeratur ab hora inuasionis. 40.
Dies non resarciuntur. 113.
Dies non detrahitur à 3. hebdomada. 28. 34.
Dies respondet anno. 118.
Dies Romanorum. 14. 77.
Dies 24. horarum. 11. 30. 39.
Duæ noctes ad primũ diẽ. 13. 64. 70. 73.

E

Excusatio Galeni. 23.

F

Falsa logica lectoris. 122.

Figu-

Figurata loquutio. 9.
F. Fidelis notatus. 32.

G

Galenus dies à nocte distinguit. 10. 11.
Galeni dies 24. horarum. 13. 14.
Galeni sequaces. 22.
Galeni temeritas. 54.
Galeni Historia 1. 75.
Galeni Historia 2. 77.
Galeni Historia 3. 80.
Galeni Historia 4. 82.
Galeni Historia 5. 84.
Galeni Historia 6. 88.
Galeni Historia 7. 91.
Gariopontus notatus. 37.
Gariopontí sententia. 36.

H

Hippocrates in fœtu loquitur de die solari. 8.
Hippocratis 1. Historia. 44.
Hippocratis 2. Historia. 49.
Hippocratis 3. Historia. 51.
Hippocratis 4. Historia. 56.
Hippocratis 5. Historia. 60.
Hippocratis 6. Historia. 62.

Hippocratis 7. Historia. 64.
Hippocratis 8. Historia. 66.
Hippocratis 9. Historia. 67.
Hippocratis 10. Historia. 69.

I

Initium diei varium. 15.
Insultus hora non ponenda. 48. 61. 62. 65. 66. 88.
Ingrassias notatus. 39.
Isidorus notatus. 12.
Io. Manelphus vir doctissimus. 41.
Infinitum est absurdum. 115.

L

Lectoris sententia reprobanda. 4.
Lectoris scriptum reprobatum. 5.
Lector docefactus. 43. 45. 46. 50. 56. 68. 73. 83. 96. 105. 107. 120. 122.
Lector irrisus. 27. 28. 29. 35. 45. 53. 61. 77. 81. 86. 89. 118. 120.
Lector prouocatus. 8. 24. 25. 28. 44. 47. 48. 51. 52. 65. 74. 79. 90. 98. 104. 109. 119. 136.

M

Magini schedula. 26.

Medi-

Medicis sentiendum cum Hipp. 132.
Mensis coniunctionis ratio. 19.
Mensis coniunctionis diuisio 20.
Mensis Galeni. 21.
Mensis Galeni fictus. 23.
Mensis illuminationis positio. 19.
Mensis illuminationis diuisio. 21.
Mensis Peragrationis positio. 19.
Mensis peragrationis diuisio. 20.
Mensium diuisio. 18.
Mercurialis notatus. 10.
Moses ait lucem esse diem. 8. 9. 129.
Mulieres sapientiores lectore. 115.

N

Noctes numeratæ. 63. 70. 80.
Nox molesta ante accessionem. 100. 101. 127. 128. 135. 136.
Nox præcedens cum sequenti die. 125. 126. 127.
Nox sequens cum anteriori die. 81. 128. 129. 140.
Nox prima cum die sequenti. 73. 76.

O

Occasio scribendi. 3.
Oscitantia scriptorum. 91.

P. Mar-

P

P. Martiani laudes. 6.42.73.97.103.
P. Martiani opera edidit P. Castellus. 2.5.
Pars Mensis est Mensis. 115.
Primus dies non integer. 108.
Primus dies ab hora quinta. 84.
Primus dies ab hora x. 89.
Primus dies ab hora xi. 82.

Q

Quid sit dies. 7.

R

Ratio inuestigandi ideas febrium. 84.89.

S

Salsamentaria Carta. 3.55.
Santorelli schedula. 37.
Secundus dies ab ortu Solis. 123.
Stephanus Castrensis notatus. 8.

V

Vesper diei finis. 9.